









Maffie chane -






ORDO PROCESSIONUM,

Quæ annuatim fieri solent à Venerabili
Capitulo Ecclesiæ Cathedralis
VAUENSIS.

Rsp P XVIII-375



T O L O S Æ,

Typis Joannis-Florentii BAOUR, Alinæ
Academiæ, folius Typographi Jurati.

M. DCC. LXXI.

Cum permisso & approbatione.

ORDO PROCESSIONUM.

Capítulo Escolar Constitucional
Y VENEZUELA



A circular blue ink stamp. The outer ring contains the text 'NATIONALE LIJBR' at the top and 'LEIDEN' at the bottom. The inner circle contains the date '1901'.

SODIOT




DIE I. MARTII.
IN FESTO
SANCTI ALBINI.
AD PROCESSIONEM.

O salutaris, Or. Deus, ut infra: 94

Re.
du 8.



Le- git Do- mi-
nus ser- vum su- um pa-
cere ha-re- di-ta- tem su-
am: * Et pa- vit e- os in
innocen- tia cor- dis su- i.
† Et in intelle- ctibus ma-



Hymnus.

Christe Pastorum caput atque princeps:
Præfulis festam venerata lu-cem; Debitis
supplex tua tempa vo-tis Turba frequentat.

Ille non vano tenuit Omnia curis gravis,
tremendam omnibusque
Spíritu sedem, proprio Omnia factus.
nec ausu. Pro reis orat, réficit
Sed sacrum iussus, Dó- gementes
mino vocante Erigit lapsos, ténebras-
sumpsit honorem. que pellit
Strénum bello púgi- Fit potens verbo docet
lem supérni alta pravum
Chrismatis pleno tuus Cónterit hostem.
unxit intùs Fac ut illius précibus
Spíritus cornu póluit que juvémur
Sanctam. Christe; fac patrem
Páscere gentem. páriterque tecum
Fit gregis Pastor, Spíritum jugi celebré-
Pater atque forma mus hymno
Letus impedit sua, Omne per ævum.
seque servus Amen.

C

Hriste decre-to patris institutus Pon-

tifex summo tibi qui fideles Quos legis, for-

ma populis regendis Ipse ministros.

Hunc juvat festo cele-
brare cantuDux iter vita præunte
monstratQui licet magnis méritis Comprobat factis sua
abúndans dicta magnis;Flens & invítus, duce te Et domum sanctam bene
treméndum olente Christi

Sumpfit honórem. Implet odóre.

Nóverat quantis páteat períclis

Lux erat cœco, cólumen labánti

Ille, qui summos ápices Una spes lapsi, mísero
adeptus levámenOmnium curas , sibi Próvidus cunctis pater
raptus uni ómnibusque
Sustinet omnes. Omnia factus.

Fécerat fervens amor inquiétum;

Christe pastórum bo-
nus ipse pastorQuo gregis cari pia Qui gregis pascis pró-
cura poscit prio crúoreAdvolat promptus mora Fac ut æternæ súbeant
non cúntem opíma

Ulla retárdat.

Pásqua vitæ.

Amen.

Hymnus tempore Quadragesimæ:

J

Esu Sacer-dotum decus, In
 hac die, quâ glori-ria Sanctum coro-nas
 præsulem Votis ades-to sup-plicum.

Post Pascha.

J

Esu Sacer-dotum decus In hac die,
 quâ glori-a Sanctum coro-nas præsulem
 Votis ades-to supplicum.

Sui probátus præmium tias,
 Amoris & pignus tui Lupi retúndit ímpetus;
 A patre tráditos tibi Dolosque fallit vel mori
 Accépit agnos pásccere. Caro paratus pro grege.
 Hos novit & præt Offert frequentem ví-
 vocans timam
 In tuta quemque pásqua Cum plebe pastor ínno-
 Victum que præbet áu- cens
 diunt Secumque devótum gre-
 Sequúntur & vivunt gem
 oves. Pius sacérdos ímmolat.
 Quam sentit errantem Supréme christe Póntifex
 jugis, Jugis tibi sit glória
 Hanc nocte quærít ac die, Cum Patre cumque Spí-
 Et gaudet invéntam suo ritu;
 Portans ovíli réddere. In sempitérna sæcula.
 Arcet freméntes bél- Amen,

(7)
¶ Dixit e- i Je-

sus : pasce ag- nos me-

os. * Et pavit. Gloria

pa- tri & fi- li-

o & spiri- tui sanc-

to. † Et in &c.

Ad stationem in navi.

Ant. Dedit il- li Do- minus

sacerdo- ti- um gentis, & bea- ti- fica-

vit illum in gloria.

¶ Deduxisti sicut oves pôpulum suum

¶ In manu Moysi & Aaron.

Oremus.

Deus, qui bêati Albini Pontificis indefessam
in pascendis óvibus tuis sollicitúdinem, æter-

nâ mercéde remunerâs; quæsumus, ut jam incom-
mutâbili bono pérfruens, memor sit miseriârum
nostrarum; & de tua misericordia nobis impetrâs
beatitudinis suæ confortium; per christum.

Ad benedict. Post O salutaris, Or. Deus, ut infrâ.

Ant. Pecca-vimus, Do-mine & i-
ni- que e-gimus, rece-den-tes à
te, sed in a-nimo contri-to &
spi-ritu humilitatis fusi-pia- mur:
quo-niam non est confu-sio con-
fiden-tibus in te: fac nobis-
cum secundùm multitu-dinem mise-
ricor-di-a tuæ.

Pueri chori cantant, O Maria &c. ut infrâ.

Deinde Cantores cantant antiph. sequentes

Ant. Dedit il-li Do-minus sacer-

do-tium gen-tis, & bea-ti fi-ca-vit
 illum in gloria.

Ant. Qui vi-cerit, dabo e-i
 sedere mecum in throno me-o, sicut
 & ego vi-ci, & se-di cum patre
 me-o in throno ejus.

Ant. Qui vult post me ve-ni-re,
 abne-get semet-ipsum!, & tollat cru-
 cem su-am & sequatur me.

¶. Ego in misericórdia tua sperávi:

¶. Exultávit cor meum in salutári tuo, Dómine.

¶. Elégit eam Dóminus.

¶. In habitationem sibi.

¶. Deduxisti sicut oves pópulum tuum,

¶. In manu Moysi & Aaron.

¶. Posuísti, Dómine, in cápite ejus corónam

R. De lápide pretioso.

V. Servávi mandata tua & testimónia tua;

R. Quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Oremus.

INeffabilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam clementer ostende; ut simul nos & à peccatis ómnibus éxuas, & à pœnis quas pro his merémur, erípias.

DA quæsumus Dómine, pópulo tuo inviolabilem fidei firmitátem: ut, qui unigénitum tuum in tua tecum glória sempitérnum, in veritáte nostri cóporis natum de matre vírgine confitentur, per ejusdem sanctissimæ vírginis intercessiónem, & à præsentibus liberentur adversis, & mansúris gáudiis inferantur.

DEUS, qui béati Albini Pontíficis indefessam in pascendis óvibus tuis sollicitudinem, æterna mercede remúneras; quæsumus, ut jam incommutábili bono pérfruens, memor sit miseria rum nostrarum, & de tua misericórdia nobis impetret beatitudinis suæ consortium.

DEUS, qui es sanctórum tuórum firmitate mítabilis; ostende nobis misericórdiam tuam; & quia humilitas tibi serviéntium semper tentationibus est objecta, beati Sebastiani mártiris tui intercessióne tríbue dimicántibus fortitudinem, ut corónam vincéntibus largiaris.

DA nobis, quæsumus Dómine, béati Rochi imitatione ac præcibus, te solo divites esse velle, & ab omni prava cupiditate liberos, majestati tuæ sincéro corde servire. Per christum.

Deinde Tantum ergo &c.

DIE XXV. APRILIS.

IN FESTO SANCTI MARCI.

Ad Processionem:

Antequam exeat Clerus e' choro, Hebdomadarius imponit antiph.

Anti-phona.

E X- ur- ge, Do- mine, ad-

juva nos, & li- bera nos

propter nomen tu- um temp. Pasch.

al - le - lu - ia. Ps. Deus, au-

ribus nostris audi- vimus: chor. Patres

nostri annunti- averunt nobis o- pus,

quod o- peratus es in diebus e- o-

rum. Gloria patri & filio, &

spiri- tui sancto. *Chor.* Sicut erat
in principio, & nunc, & semper, &
in secula seculo- rum, A- men.

Chor. repet. E-xur- ge &c.

Oremus.

MEntem familiæ tuæ, quæsumus, Dómine,
interveniente bœatâ Dei genitrice Mariâ
cum ómnibus Sanctis, & munere compunctionis
áperi, & largitâ pietatis exaudi. Per eundem
Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Exeundo ex Ecclesia, Chorista imponit

Antiph.

VE-ni- te revertamur
ad Dó- minum, quia ipse ce-
pit & sa- na- bit nos; percu-
tiet, & cura- bit nos, &
vi- ve- mus in cons-pectu e- jus:

scie- mus, seque-mur que, ut cognosca-
mus Dó- minum. Al - le - lu - ia.

Unus cantor imponit antiphonam sequentem.

Ant.  *Alter cantor
de 8. imponit Psal.
in G. Converttere.*


Dómine, ne in furore tuo arguas
me: * Neque in ira tua corripias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus
sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbáta
sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè; * sed tu, Dó-
mine, usquequò?

Convrértere, Dómine, & éripe ánimā meā, *
salvum me fac propter misericórdiam tuam;

Quóniam non est in morte qui memor sit tuī: *
in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas
noctes lectum meum, * lácrymis meis stratum
meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus, * inverte-
rávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me, omnes qui operámini iniqui-
tatem, * quóniam exaudívít Dóminus vocem
fletús mei.

Exaudívít Dominus deprecationem meam: *


Dóminus oratióne meam suscépit:

Erubéscant & conturbéntur veheménter omnes
inimíci mei : * convertántur & erubéscant valde
velóciter.

Glória Patri &c.



Ant. Convertére, Dómine, & e- ripe



nos; salvos nos fac propter miseri-




cor- diam tu- am. Al- le-lu- ia.




Antiph.

6. F.

O- ra- bit




Pf.



31.

B E-a- ti quorum remissæ sunt i-niqui-



tates, * & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputávit Dóminus pec-
catum, * nec est in spíritu ejus dolus!

Quóniam tacui, inveteravérunt ossa mea, *
dùm clamarem totâ die:

Quóniam die ac nocte graváta est super me
manus tua : * conversus sum in ærumna mea, dùm
configitur spina.

Delictum meum cóngitum tibi feci : * & injus-
titiā meā non abscondi.

Dixi; confitébor adversum me injustitiā me-

am Dómino : * & tu remisisti impietátem peccati mei.

Pro hac orábit ad te omnis Sanctus , * in tempore opportuno.

Verúmtamen in diluvio aquárum multarum , * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatióne , quæ circumdedit me : * exultatio mea érue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo ; & instruam te in via hac quâ gradiéris , * firmabo super te óculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus , * quibus non est intellectus.

In camo & fræno maxillas eorum constringe , * qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatóris : * sperantem autem in Dómino misericórdia circumdabit.

Lætámini in Dómino , & exultate justi , * & gloriamini omnes recti corde.

Glória Patri &c.

Ant. Orabit ad te, Dómine, omnis
sanctus in tempore opportu-
no : multa flagel-la pec- cato- ris, spe-
rantem autem in Dómino miseri-
cordi-a circum- dabit, Alle- luia.

Ant.

s. C.

Ps.

D Ne derelinquas nos.
Omine, ne in furore tuo ar-
guas me, * neque in ira tua corri-
pias me

Quóniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, * & confirmasti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea à facie iræ tuæ, * non est pax óffibus meis à facie peccatórum méorum.

Quóniam iniqüitates meæ supergressæ sunt caput meum : * & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruérunt, & corrúptæ sunt cicatrices meæ, * à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem : * tota die contristátus ingrediebar:

Quóniam lumbi mei impleti sunt illusióníbus, * & non est sánitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis : * rugiebam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum : * & gémitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea : * & lumen oculórum méorum, & ipsum non est mecum.

Amici mei, & próximi mei, * adversum me appropinquaverunt, & stetérunt.

Et

Et qui juxta me erant, de longe stetérunt; *
 & vim faciébant, qui quærebant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt
 vanitates: * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam: *
 & sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens, * & non
 habens in ore suo redargutiōnes.

Quóniam in te, Dómine, sperávi: * tu exáu-
 dies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi, nequando supergaúdeant mihi ini-
 mici mei: * & dùm commoventur pedes mei,
 super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagella parátus sum, * &
 dolor meus in conspectu meo semper.

Quóniam iniquitatēm meam annuntiábo: * &
 cogitábo pro peccāto meo.


Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti sunt
 super me: * & multiplicáti sunt qui odérunt me
 iniquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant
 mihi; * quóniam sequébar bonitatēm.


Ne derelínquas me, Dómine Deus meus, *
 ne discesseris à me.

Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus
 salútis meæ.


Glória Patri &c.




Ant. Ne derelinqas nos, Dómine Deus;



ne discedas à nobis: Intende in ad-



juto- ri-um nostrum, Domine Deus



salutis nostræ, Al- le- lujia.

Ant.

1. F.

Cor contri- tum.

Pſ.

M

I- se- rere mei Deus, * secundùm

magnam misericordiam tu- am.

Et secundùm multitúdinem miseratiónum tuá-
rum, * dele iniuitátem meam.

Amplius lava me ab iniuitáte mea, * & à
peccáto meo munda me.

Quóniam iniuitátem meam ego cognóscō : *
& peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci, *
ut justificérис in sermóníbus tuis, & vincas cum
judicáris.

Ecce enim in iniuitáibus concéptus sum ; *
& in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : * incépta & oc-
culta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundábor ; * lavábis
me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gádium & lætitiam : * &
exultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciem tuam à peccátis meis : * & omnes
iniuitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus ; * & spíritum
rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à facie tua ; * & spíritum sanc-
tum tuum ne áuferas à me,

Redde mihi lætitiam salutaris tui : * & sp̄itu
principali confirmā me.

Docēbo iniquos vias tuas : * & īppii ad te
convertēntur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salūtis
meæ, * & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Dómine, lábia mea apēries ; * & os meum
annuntiabit laudem tuam.

Quóniam si voluīsles sacrificium, dedísssem úti-
que, * holocáustis non delectaberis.

Sacrificium Deo, sp̄iritus contribulátus : * cor
contritum & humiliatum, Deus, non despicies.


Benignè fac Dómine, in bona voluntate tua
sion, * ut ædificentur muri Jerúsaalem.

Tunc acceptabìs sacrificium justitiae, oblationes
& holocausta; * tunc impónent super altare tuum
vítulos.


Glória Patri &c.




Ant. Cor contritum & humili- a- tum





Deus, non def- pi- cies: benigne fac in



*bona volunta- te tu- a fi- on, alle-
lu- ia.*



Tu exur- gens.

Ps. 
D Omine, exaudi o-ra-ti-onem meam,*

& clamor meus ad te veniat.

Non avértas faciem tuam à me, * in qua cùmque die tríbulator, inclína ad me aurem tuam.

In quācumque die invocávero te, * velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei : * & ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ut fœnum &, áruit cor meum, * quia oblitus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei, * adhæsit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pellicáno solitúdinis; * factus sum sicut nyctícorax in domicilio.

Vigilávi: * & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me adversum me jurábant:

Quia cínerem tamquam panem manducábam, * & potum meum cum fletu miscébam.

A facie iræ & indignatiónis tuæ: * quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt : * & ego sicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in ætérnum pémanes, * & memoriále tuum in generationem & generationem:

Tu exúrgens miseréberis Sion ; * quia tempus misérendi ejus, quia venit tempus;

Quóniam placuérunt servis tuis lápides ejus, * & terræ ejus miserebuntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, *

& omnes reges terræ gloriā tuam:

Quia ædificavit Dóminus Sion; * & vidébitur
in gloria sua.

Respéxit in oratiōnem humílium, * & non
sprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatiōne álera, * & po-
pulus, qui créabitur, laudábit Dóminum.

Quia prospexit de excelsō sancto suo: * Dóminus
de cœlo in terram aspexit;

Ut audíret gémitus compeditórum; * ut sólve-
ret filios interemptórum:

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * &
laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndo pópulos in unum, & reges, *
ut sérviant Dómino.

Respondit ei in via virtutis suæ: * paucitátem
diérum meórum núnctia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum, *
in generatiōnem & generatiōnem anni tui.

Inítio tu Dómine terram fundasti, * & ópera
mánuum tuárum sunt cœli.


Ipsi peribunt, * tu autem pérmiges:

Et omnes sicut vestimentum veteráscent, * & si-
cut opertórum mutábis eos, & mutabúntur:


Tu autem idem ipse es; * & anni tui non
deficient.

Fílli servórum tuórum habitábunt, * & semen
eórum in séculum dirigétur.

Glória Patri &c.




Ant. Tu exurgens, Domine, misere- beris




Si- on; quia tempus miserendi e-jus

B iiij




quia ve- nit tempus, al- le-luja.



Ant. E-xaudi.



Pſ. D E profundis clamávi ad te Dómine,*



Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem depre-
cationis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine; * Dómine
quis sustinebit?

Quia apud te propitiáatio est, * & propter legem
tuam sustinui te Dómine.


Sustinuit ánima mea in verbo ejus; * sperávit
ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem * speret
Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, * & copiosa
apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël * ex ómnibus iniquitá-
tibus ejus.

Glória Patri.



Ant. Exaudi, Dómine, preces noſtras, quia



a-pud te propiti-a-tio est, & propter



legem tu-am sustinuimus te, alle-luia.

Ant.


7. d.

Expan-dimus.


Pf.

D

Omine, exaudi o-ra-ti-onem meam,*



auribus percipe obsecrationem meam in ve-



ritate tua; exaudi me in tua justi-tia.

Et non intres in judíciū cum servo tuo, *
quia non justificábitur in conspectu tuo omnis
vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam,*
humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscuris sicut mórtuos séculi,*
& anxiátus est super me spíritus meus, in me tur-
bátum est cor meum.

Memor fui diérūm antiquórum, meditátus sum
in ómnibus opéribus tuis; * in factis mánuum tuá-
rum meditábar.

Expandi manus meas ad te : * ánima mea sicut
terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me, Dómine; * defécit spíritus
meus.

Non avértas fáciem tuám à me, * & símilis
ero descendéntibus in lacum.

Auditam fac mihi manè misericórdiam tuam, *
quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem; * quia
ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimicis meis, Dómine; ad te con-
fugi: * doce me facere voluntátem tuam, quia
Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus dedúcet me in terram rec-
tam : * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis
me in æquitáte tua.


Edúces de tribulatióne ánimam meam, * & in
misericórdia tua dispérdes inimícos meos:

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam, *
quóniam ego servus tuus sum.

Glória Patri &c.




Ant. Expan-dimus ad te, Dómine, manus




nostras: anima nostra sicut ter-ra sine



aqua; ti- bi velo-ci-ter exau- di nos.




Alle- luia.




Duo canto- **K** Y- rie e- le- i-son, Chris-



te e- le- i- son. *Chorus.* Ky- ri-e




e- le- i- son, Christe e- le- i- son. *Cantores.*



Pa- ter de cœlis De- us.


Chorus.


 Mise- rere no-bis.

Cantores. Fili redémpтор mundi, Deus, **Chorus.**
Miserere nobis.

Cantores. Spíritus Sancte, Deus, **Chorus.** Mise-
rére nobis.

Cantores. Sancta Trínitas unus Deus, **Chorus.**
Miserére nobis.

 **Cantores.** Sanc-ta Mari-a, **Chorus.**


 O- ra pro no-bis.

Post invocationem plurium.


*Cætera ad
finem libri. 192*

O-ra- te pro no-bis.

*Postquam Processio in Ecclesiam Cathedralem
redierit, cantatur Antiphona, versiculus, & oratio
de Sancto Alano.*


Antiph. In le- ge Do- mini congre-ga-
tio- nem ju- di- ca- vit: & in fi- de
su- a pro- ba- tus est Pro- phe- ta, &
cognitus est in verbis su- is fi-de- lis,

*tempore
Pasch.*



Al-le-luia.

¶. Pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

¶. In via testimoniórum tuórum delectátus sum.

Oremus.

Deus qui nos, de ténebris in admirábile lumen tuum per beatum Alanum vocare dignatus es: fac, quæsumus, hujus Sancti Pontificis labóribus in christo, genitos, in Evangélio quod prædicavit, immobiles permanére. Per christum.

F E R I A I I . R O G A T I O N U M .

Ad Processionem.

Antequam exeat Clerus è Choro, Hebdomadarius imponit antiphonam Exurge. page 11. Oratio, & Antiph. Venite. page 12.

Tum unus cantor imponit.

Ant.

de

7. C. Clame- mus.

Alter Cantor imponit Psalmum.

Psal.

Ad Dóminum cùm tribuláter clamávi; *
& exaudívit me.

Dómine, libera ániam meam à lábiis iníquis; *
 & à lingua dolósa.


Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad
 lingua dolósam?

Sagíttae poténtis acútæ, * cum carbónibus deso-
 latóriis.

Heu mihi quia incolátus meus prolongátus est,
 habitávi cum habitántibus cedar; * multum incola
 fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus; *
 cum loquébar impugnábant me gratis.

Glória Patri &c.




Ant. Clamemus omnes ad Dóminum




di- cen- tes; pec- ca- vimus ti- bi,



Dó- mine, pa-ti-en- tiam ha- be



in no- bis, & e- ru- e nos à



ma- lis que quoti-di- è accres- cunt



su- per nos; al- le- lu- ia.

Antiph.

de 2.

in D. Dimitte, Dó- mine.

Psal.

Auxílum meum à Dómino , * qui fecit cælum
& terram.

Non det in commotiónem pedem tuum : * neque
dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet , * qui
custódit Israël.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, *
super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per
noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo , * custódiat
ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum , & exitum
tuum , * ex hoc nunc & usque in sæculum.

Glória Patri &c.

Ant. Dimite, Do- mine, pecca- ta po-
puli tu- i se- cundum mul-ti-
tu- dinem miseri-cor- di- æ tu- a:
sicut pro- pi- ti-us fu-is- ti pa-tribus

nostris, propitius es to &
nobis; & implebitur gloriam
riâ tuâ u-niver-sa-ter-
ra; al-le lu ia.

Antiph.

de 2.

in A.

Depreca- mur te.

*Psal.***L**

Æ-ta-tus sum in his quæ dicta
sunt mihi, * in domum Dómini i-bimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Je-rúalem.

Jerúsalem quæ ædificátur ut cívitas , * cuius participatio ejus in idipsum :

Illuc enim ascenderunt tribus tribus Dómini, * testimonium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in judício : * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem: * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtute tua, * & abundántia in túribus tuis.

(30)

Propter fratres meos, & próximos meos, *
loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi
bona tibi.

Glória Patri &c.

Ant. Depre-ca-mur te, Dó-mine in
om-ni misé-ricor-di-a tu-
a, ut aufe-ra-tur furor tu-us à
civi-ta-te if-ta, quoniam
pec-ca-vimus; al-le-lu-
ia.

Antiph.
de 5. a.

Pecca-vimus.

Psal.

A de te levavi oculos meos, * qui
habitás in cœlis.

Ecce sicut óculi servórum, * in mánibus domi-
nórum suórum:

Sicut oculi ancillæ in manib⁹ Dóminæ suæ, *
ita oculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, do-
nec misereatur nostri.

Miserére nostri, Dómine, miserére nostri, *
quia multūm replēti sumus despectiōne:

Quia multum replēta est áнима nostra, * oppró-
brium abundātibus, & despéctio supérbis.

Glória Patri &c.

Ant. Pecca- vimus, Dó- mine, & tu
i- ra- tus es no- bis; & non est
qui ef-su- giat mantum tu- am: sed
supplicamus ut ve- niat su-per nos
mise- ri- cor- di- a tu- a: qui Ni- ni-
ve pepercisti, mise- rere no-
bis, al-le lu ia.

*Antiph.
de 1. in D.*

Ini- quita- tes.

Psal.

NI- si quia Dóminus erat in nobis,


dicat nunc I-sraël, * nisi quia Dóminus
erat in no-bis.

Cùm exúrgerent hómines in nos: * fortè vivos
deglutíssent nos.

Cum irascerétur furor eórum in nos; * fórsitan
aqua absorbuisset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra; * fórsitan
pertransísset ánima nostra aquam intoleráibilem.


Benedictus Dóminus, * qui non dedit nos in cap-
tionem déntibus eórum.

Anima nostra sicut pauper, erépta est * de láqueo
venántium:

Láqueus contritus est, * & nos liberáti sumus.

Adjutorium nostrum in nómine Dómini, * qui
fecit Cœlum & Terram.

Glória Patri &c.


Ant. I-ni-quita- tes nos- træ, Dó-
mi-
ne, multi- plica- tæ sunt su- per
ca- pi-ta nos- tra: de- lic-ta no-
stra creve- runt us- que ad cœ-
los: parce, Dó mine; & incli-
na



(Si suprà notati Psalmi & Antiphonæ non sufficient, cantantur in directum septem Psalmi pœnitentiales, suprà distributi in Processione St. Marci.)

Cum Processio pervenerit ad Ecclesiam statio- nis, absolvitur Psalmus incæptus cum sua Anti- phona: deinde cantatur Antiphona Versiculus & Oratio de Sancto Alano, page 26, tum can- tatur Missa ut sequitur.

Introitus de 4. in g.

Exaudi vit: Dominus, de templo
sancto su o vo cem me am,
al-le lu ia, & cla mor me-
us in conspe ctu e jus
introi vit in iau res e iu jus,
alle lu ia, alle lu ia.

Psal. Di-li-gam te, Domine, fortis
 tu-do me-a, * Do-minus firmamentum
 meum & refugium meum &, libera-
 tor me-us.

G Lo-ri-a Patri, & Fi-lio,
 & Spi-ri-tu-i sancto : si-cut e-rat
 in princi-pi-o & nunc & semper,
 & in se-cu-la se-cu-lo-rum, a-
 Repetitur Exaudivit.

Cantor.


K Y-ri-e e-le-i-son. Kyri-e e-le-
 i-son bis. Christe e-le-i-son ter. Kyri-e




e-le-i-son bis. Kyri-e e- mis-ible- i-son.

Non dicitur Glória in excélsis. Nec Credo.


Duo pueri cantant mensurā gravi sequens Alleluia cum suo versu.




Al- le- lu- ia.




Alle- lu- ia.




v. Confi-te mini Do mino:




& in conspec-tu gen-ti-uni lau-




da- te e- ni umsi ip- se




casti-ga- vit nos propter i- niquita-



tes nos- tras, & ip- se fal-



vas in- olbit nos. Propter ini- se- ri-



Idem repetunt Alleluia, ut suprà, & Chorus prosequitur neuma.

Offertorium C de 5. in F.

Offi-te- bor ti- bi,
Do- mine, quoniam i- ra- tus
es mi- hi: conuersus est fu-
ror tu- us, & con-so-la-
tus es me, Al-le-
lu- ia.

S

uterque chorus.

Anc-tus,

Sanctus,

Sanctus, Dominus Deus fabaoth.

Ple- ni sunt cœli & terra glori-a

tu-a, hosan-na in excel-sis.
Be-ne-dictus qui venit in no-mine Do-
mini, ho-san-na in excel-
sis.

cantor

A G-nus Dei, *Chorus.* qui tollis
pecca-ta mundi, mis-e-re-re no-bis. Ag-
nus Dei, qui tollis pecca-ta mundi,
mis-e-re-re no-bis. Ag-nus Dei,
qui tollis pecca-ta mundi, dona no-bis
pa-cem.

Communio.
*de 1.***P**

E-tite & ac-

C iij

ci- pi-e- tis; quæ- rite, & in- ve-ni-
 e- tis; ni pulsa- te,
 & a-pe- ri-e tur vo- bis; om-
 nis e- nim qui pe-tit, ac- ci-pit;
 & qui quærit, in- venit; & pul-
 san- ti- ti- a-pe-ri-e tur,
 al- le- lu- ia.

Finita Missâ, cantor imponit Responso.

Rep. de 2. 
Li-be-ra me, Do-mine, ab
 i- is qui o- de-runt me; non abfor-
 beat me pro-fun-dum, neque ur- ge-

at su per me pu te us os

su um: E xau di me, quo ni

am be nig na est mi se ri cor

di a tu a: In ten de a ni

mæ me æ, & li be ra

e am. ¶ Domine De us

rex se cu lo rum, fo lus pius

es: Ex au di me, &c. ¶ Mise re

re me i, Do mine, fi li

Da vid: Do mine, ad ju va me:

Be nig na est, &c. ¶ Proposuit te

Deus propitiator nemo
per fidem, propter remissionem
dilectorum: Intende &c.

Cantor

cantat.

K Y-ri-e e- le-i-son, Christe e-
le-i-son, Kyri-e e- le-i-son.

Celebrans dicit Pater noster secretò. Altâ voce

V. Et ne nos inducas in tentationem;

R. Sed libera nos à malo.

V. In memoria æterna erunt justi:

R. Ab auditione mala non timebunt.

V. A portâ inferi

R. Erue, Dómine, ánimas eorum.

V. Credo videre bona Dómini

R. In terra viventium.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Dómine exaudi orationem meam;

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum


R. Et cum spíitu tuo.

Oremus.

A Bſolve, quæſumus, Dómine, ánimas famu-
lórum, famulárumque tuárum, ab omni
vínculo delictórum, ut in resurrectionis glória
inter Sanctos & eléctos tuos resuſcitati respírent;
Per eum qui ventúrus est judicáre vivos &
mórtuos, & séculum per ignem. *R. Amen.*

*Pueri Chori
cantant.*

Requies-cant in pa- ce.




R. A-men.

Proceſſio regreditur.


*Duo Cantores
cantant.*

S

Alvator mundi,



ſal-va nos om-nes: Ky- ri-e e-



le-i- ſon, Christe e- le-i- ſon,



Christe au- di nos.

*Chorus
repetit.*



Salvator mundi, ſal- va

nos omnes: Ky- ri-e e- le-i-
son, Christe e- le-i- son, Christe
au- di nos.

Pater de cœlis De- us, mi-se- re-
re no- bis.

Chorus prosequitur.

Ky- ri-e e- le-i- son,
Christe e- le-i- son, Christe au- di
nos.

Cantores. Fili redemptor mundi Deus, miserere nobis. *Chorus.* Kyrie &c.


Cantores. Spiritus Sancte Deus. *Chorus.* Kyrie &c.

Cantores. Sancta Trinitas. *Chorus* Kyrie &c.

Cantores.

Sancta Mari- a, o- ra pro
no- bis. *Chorus.* Kyrie.

*Post invocationem
plurium.*



Ora-te pro &c.

[*Nomina Sanctorum sumenda sunt ex Litanis
quæ in fine habentur: Chorus, post quamlibet
invocationem cantat Kyrie.*]

[*Postquam Processio in Ecclesiam Cathedralem
redierit, cantatur antiph. versiculos & oratio de
Sancto Albino.*]


Dedit illi, page 7.

FERIA III.

ROGATIONUM.


*Antequam exeat Processio, Antiphona Exurge,
ut suprà, pag. 11 cum oratione Mentem familiæ.
In egressu; Antiphona, Venite, pag. 12.*

Ant.



Mis-re-re.

Psal.



Ui con-fi-dunt in Domino, si-cut

mons Si-on: * non commovebitur in



qui habi-tat in Je-ru-sa-lem,

Montes in circúitu ejus; & Dóminus in circúitu pòpuli sui, * ex hoc nunc & usque in sèculum.

Quia non relinquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum: * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.

Bénefac, Dómine, bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obligatiónes adducet Dóminus cum operántibus iniquitátem; * pax super Israël.

Glória Patri &c.

Ant. Misere-re re, Do mine, ple-
bis tu x, su per quam in-voca-
tur no men tu um, ut sci ant om-
nes qui ha bi-tant ter ram, quia
tu es De us popu-lo-rum tu-
o rum, al le lu ia.
Antiph. Po-pu-lus.

3. A.

Ps.

IN con-vertendo Dominus capti-vi-ta-tem Si-on, * facti su-mus si-cut con-so-la-ti.

Tunc repléatum est gáudio os nostrum, * & lingua nostra exultátiōne.

Tunc dicent inter gentes : * magnificávit Dó-nus facere cum eis.

Magnificávit Dóminus facere nobiscum; * facti sumus lātantes.

Convrētere, Dómine, captivitátem nostram, * sicut torrens in austro.

Qui séminant in lácrys, * in exultatiōne metent.

Euntes ibant & flebant, * mittentes sémina sua.

Venientes autem vénient cum exultatiōne : * portantes manípulos suos.

Glória Patri &c.

Ant. Po-pulus Si-on, con-verti-mini

ad Do-minum De-um no-strum,

& di-ci-te ei-i. Pe-tens

es Do- mine, di-mit-te-re pec-
 ca-ta nos-træ, ut non in-ve-
 ni-ant nos i-ni-quita-tes
 no-stræ, De-us no-ster,
 al-le lu-ia, al-le lu-ia.

Ant.

4. E.

Exau-di.

Psal.

Ni-fi Dominus æ-di-fi-ca-verit
 domum, * in vanum la-boraverunt qui
 æ-di-fi-cant e-am.

Nisi Dóminus custodierit civitátem, * frustrà
 vigilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite,
 postquam sedéritis, qui manducáti panem doló-
 ris, cum dederit dilectis suis somnum:

Ecce heréditas Dómini, filii, * merces, fru-
 tus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis, * ita filii excus-
forum.

Beatus vir qui implavit desiderium suum ex
ipsis : * non confundetur cum loqueretur inimicis
suis in porta.

Glória patri &c.

Ant. Exaudi domine, depreca-ti-o-

nem ser-vorū tuōrum, & mise-

re re popu-lo tu-o ; ut

sci- ant omnes gen-tes, quia tu

es De-us se-cu-lo- rum: mise- re-

re ci- vi- ta- ti sancti-fi-ca- pi- o- nis

tu- x, - ou Do- mine De-us no-

ster, al-lelu- ia, al- le- lu- ia.

Ant.

S. G.

Domine.

B

E-a-ti omnes qui timent Dominum,*
 qui ambulant in viis e-jus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, *
 bératus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus
 domús tuæ.

Filií tui sicut novellæ olivárum, * in circúitu
 mensæ tuæ.



Ecce sic benedicétur homo * qui timet Dó-
 minum.

Benedícat tibi Dómínu ex Sion; * & vídeas
 bona Jerúsalement ómnibus diebus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórū tuórum, * pacem su-
 per Israél.

Glória Patri &c.

Ant. Do-mine Deus nos- ter, qui pa-
 tri-bus no- stris mira- bi- lia
 magna fe- ci- sti; & no- stris
 glo-ri- fi- ca- re tem-po- ribus, qui
 misi- sti manum tu- am de al-to, &
 liberasti



Sæpe expugnávérunt me à juventúte mea ; *
étenim non potuérunt mihi.

Suprà dorsum meum fabricávérunt peccatóres,
* prolongávérunt iniquitátem suam.


Dóminus justus cóndidit cervíces peccatórum, *
confundántur & convertántur retrorsùm omnes
qui odérunt Sion;

Fiant sicut fœnum tectórum, * quod priusquam
evelláatur exáruit :

De quo non implévit manum suam qui metit, *
& sinum qui manípulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant, benedictio
Dómini super vos, * benediximus vobis in nómine
Dómini.

Glória Patri &c.



ta no- stra: ti- bi pec-ca-
 vimus, De-us fortis, & pa- ti-ens:
 li- bera nos, Domine, in
 tem- pore angu- stiæ no-
 stræ, al- le- lu- ia.

Statio ad Sanctum Bartholomæum.

Antiph.

Non vos me e- le-gistis,
 sed ego e-le- gi vos, & po- su-
 i vos ut e- a- tis, & fructum affera-
 tis, & fructus ve- ster maneat,
 al-le-lu-ia.

V. Annuntiaverunt opera Dei,
B. Et facta ejus intellexerunt.

Oremus.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut si-
c ut nobis per doctrinam apostolicam cathó-
licæ fidei rudimenta donasti; ita etiam interces-
sione beati apóstoli tui Bartholomai cœlestia
tribuas sine fine præsidia; Per christum &c.

Cætera ut heri, præter Litaniam p. 24

Cantores imponunt.

K




Christe e-le-i-son.


Chorus repetit Kyrie &c.

Cantores. Sancte sanctorum Deus, mi-
se-re-re no-bis.


Chorus. In-clina, Deus me-us, aurem
tu-am, & au-di; a-peri o-culos
tu-os, & vi-de de-so-la-ti-o nem
D ij




no- stram.

Cantores.


De-us; misere-re no- bis.

Chorus.


Domine, ne confundas nos, sed fac



no-bi- scum secun-dum multitu-di-nem



misericordi-a tu- a.

Cantores.

ce- de pro no- bis.

*Chorus. Inclina &c.**Cantores. Sancta Dei genitrix, intercede pro &c.**Chorus. Exaudi &c.*

Sic ad quamlibet invocationem Chorus respondet alternatim Inclina, & Exaudi. Nominis sanctorum sumuntur ex Litaniis ordinariis.

Post invocationem plurimum.



Interce- di-te pro no- bis.

Postquam Processio in Ecclesiam Cathedralem redierit, cantatur Antiphona, versiculus, & oratio de Sancto Alano, p. 7.



FERIA IV.

ROGATIONUM.


Antequam exeat Processio; Antiph. Exurge, ut supra page 11. cum Oratione Mentem. in egressu; ant. Venite. page 12.



De- us.



meam. &c. page 22.



D iiij

ricors & mi-se-ra-tor, misere-
 re mi-seris: nos su-mus o-pera-
 tu-a, quos dedi-sti fi-li-o tu-o
 in here-di-ta-tem: no-li claudere
 au-rem tu-am ad preces no- stras;
 sed subleva clemens afflic-ti-o-nem
 po-puli, se-cun-dum il-lud quod pol-
 li-ci-tus es, di-cens: converti-
 mini ad me, & e-go con-
 vertar ad vos, al-le lu- ia.

Antiph.
z. D.

Do-mine.

Psal.

D

O-mine non est exaltatum cor
meum,* neque e-la-ti sunt ocu-li me-i.

Neque ambulávi in magnis,* neque in mira-
bilibus super me.

Si non humíliter sentiébam,* sed exaltávi áni-
mam meam:

Sicut ablactátus est super matre sua,* ita retrí-
búto in ánima mea.

Speret Istraél in Dómino,* ex hoc nunc &
usque in séculum.

Glória Patri.

Psalmo Domini

Ant. Do-mine non est a-li-us

De-us præ-ter te:& quia
ti bi de om-nibus cu-
ra est, eo quod om-ni-um Do-
minus es, parce po-pu-lo au-
o, qui das pœnitenti-bus largi-

D iv

ta- tem, ut converta- tur mali-
ti a in bo-si-ni-ta tem, al-
le lu ia.

Antiph.
de i. g.

Invocan- tes.

Psal.

M

E-mento Domine David,* &

omnis mansue-tudi-nis e- jus.

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob:

Si introíero in taberháculum domûs meæ, * si ascéndero in lectum strati mei;

Si dédero somnum óculis meis * & pálpebris meis dormitatióнем.

Et réquiem tempóribus meis donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephráta; * invénimus eam in campis silvæ:

Introíbimus in tabernáculum ejus; * adorábi-mus in loco, ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine, in réquiem tuam, * tu & arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induantur justítiam, * & sancti tui exultent.

Propter David servum tuum, * non avértas
faciem christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, & non fru-
strabitur eum : * de fructu ventris tui ponam su-
per sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum, *
& testimónia mea hæc quæ docébo eos :

Et filii eórum usque in séculum, * sedébunt
super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion ; * elégit eam
in habitatióne sibi.

Hæc réquies mea in séculum séculi, * hic habi-
tábo quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam ; * páuperes
ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári; * & sancti ejus
exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornu David; * parávi lucér-
nam christo meo.

Inimicos ejus índuam confusióne : * super ipsum
autem efflorébit sanctificatióne mea.

Glória Patri &c.

Ant. In-vocan- tes Do- minum, ex-
cla-me mus, ut ref- pi- ci at po-
pulum suum concul- ca- tum & do-
len- tem, & prote-gat tem-pium

san-ctum su- um, ne ab im-pi-is
conta-mi-ne-tur; sed misere-a tur ni-
mis afflic ta ci-vi-ta ti su a:
al- le lu ia.

Ant. *S. C.*

Sit Do-minus.

Ps. *E*

c-ce quam bonum & quam ju-
cundum, * habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in cápite, * quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti ejus: * si-
cuit ros hermon, qui descendit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictió-
nem * & vitam usque in séculum.

Glória Patri &c.

Ant. Sit Do-minus Deus no ster no-
bi- cum, non dere-lin-quens nos, ne que

(99)

pro- ji- ci-ens; sed incli- net corda no-

stra ad se, ut ambule- mus in uni-

ver-sis vi- is e- jus alle- lu- ia.

Ant.

6. F.

Confi-te- mini.

*P.S.***E**

C- ce nunc benedi-ci-te Dominum,*

omnes servi Domini.

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domûs
Dei nostri.In nóctibus extóllite manus vestras in sancta,
* & benedícite Dóminum.Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit
cœlum & terram.

Glória Patri &c.

Antiph.

Confi-te- mini Domino fi-

li- i Is- ra-ël, quia non est

a-li-us De-us præ-ter e-
um, ip-se li-be-ra-bit nos pro-
pter miseri-cor-di-am su-am; aspi-ci-te
quæ fe-cit nobis- cum, & e-nar-
re-mus om-ni-a mi-rabi- ri-a e-
jus, alle- lu- ia.

*Statio ad Sanctum Martinum.**Ant.
de 6.*

Cum sumpsis- set cor e- jus
auda- ciam propter vias Do-min-i, con-
tri-vit sta-tuas, suc-ci- dit tu- cos
& tu- lit a-bominati-o- nes im-pi-



e-tatis; alle-luia.

¶. Manus mea auxiliabitur ei.

¶. Et brachium meum confortabit eum.

Oremus.


Deus, qui cōspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus; concéde propitiū, ut intercessiōne bēati Martini Pontificis, contra adversa ómnia muniāmur. Per christum.

Cætera ut feria secunda, præter Litaniam. p. 24.

*Cantores.
cantant.*

A

U-fer a no-bis Do-



Chorus. repetit Aufer.

Cantores.

Misere-re, misere-re, mi-



redemisti, christe, san-guine tu-o; ne
in æ-ter-num i-rasca-ris nobis.

Chorus repetit Miserére.

Cantores.

Exau-di, exau-di, exau-di,
Domine, preces no-strar; Sancta Mari-
a, o-ra pro no-bis.

Chorus cantat Aufer. ut suprà.

*Cantores,
Exaudi &c.*

Sancta Dei ge-nitrix.

Chorus. cantat Miserére.

*Sic alternatim Chorus respondet, Aufer à nobis
& Miserére, postquam cantores cantaverint Exaudi;
in quo invocantur Sancti, quorum nomina ex
Litaniis ordinariis sumuntur.*

Post invocationem plurium.

O-ra-te pro no-bis.

Antiph.

R

E-gi-na cœ-li, læ-

ta-re, al-le lu-ia,

Quia quem me-ru-i-sti por-

ta-re, al-le lu-ia.

Resurre-xit si-cut di-xit, al-le-

lu-ia: O-ra pro no-bis De-um

alle-

lu ia.

¶. Circumdedisti me lætitiâ, Dómine:

¶. Ut cantet tibi glória mea.

Oremus.


Deus, qui per resurrectionem filii tui Domini nostri Iesu Christi, mundum lætificare dignatus es: præsta quæsumus; ut per ejus genitricem virginem Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eundem christum &c.

Deinde Hebdomadarius imponit.

T E De-um lauda- mus, * te Domi-
 num confi-te-mur. Te eternum Patrem * om-
 nis terra veneratur. Tibi omnes Angeli, *
 tibi Cœli, & universæ potestates. Tibi
 Cherubim & Seraphim * incessa-bi-li voce
 proclaimant: Sanc- tus, Sanc- tus,
 Sanc- tus, Dominus Deus Sabaoth.
 Pleni sunt Cœli & terra * majestatis glo-
 riæ tu-æ. Te glori-o-sus * Apostolorum
 chorus. Te Prophetarum * lauda- bi-ils nu-
 merus. Te Martyrum candidatus * laudat
 exercitus.

ex- erci-tus. Te, per orbem terrarum sancta
 confi-te- tur Ec-cle-si a, Pa- trem * im-
 mensæ majestatis: Venerandum tuum ve-
 rum * & u- nicum Fili-um: Sanctum quo-
 que * paracletum Spiritum. Tu Rex glori-
 æ Chtiste. Tu Patris * sempiternus es
 Fi- lius. Tu ad liberandum suscep-turus
 ho- minem * non horru-i-sti Vir-gi-nis
 u-terum. Tu devicto mortis a-cu- le-o *
 a-peru-isti credenti-bus regna cœ-lo- rum.
 Tu ad dexteram Dei sedes, * in glo-
 E






v. Bénedic, ânima mea, Dómino :

¶. Et noli oblivisci omnes retributioñes ejus.

Oremus,

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus,
& bonitatis infinitus est theſaurus: piíſſimæ
majestati tuæ pro collatis donis grátiás ágimus,
tuam semper clementiam exorantes; ut qui pe-
téntibus postuláta concédis, eosdem non dése-
zens ad præmia futúra dispónas. Per christum.

E ij



IN ASCENSIONE DOMINI.

AD PROCESSIONEM.

Antequam exeat Processio, Antiphona Exurge;
pag. 11 cum oratione Mensem.

*Rep.
de I.*

E

Du-xit Je-sus disci-

pulos fo-ras in betha-niam;

& e-lle-va-tis ma-nibus, be-ne-


di-xit e-is: & fa-ctum

est, * Dùm bene-di-ceret il-lis,

re-cessit ab e- is, & fere-
 ba- tur in cœ- lum, al- le-
 lu- ia al- le- lu-
 ia. ¶ Sedebit Dominus
 Rex in æ- ter- num: Dominus bene-
 dicet populo su- o in pa-
 ce. * Dùm bene- di- ceret.

*Non dicitur Glória Patri: sed statim unus
cantor imponit Hymnum.*

O Pus per- e-gi- sti-tu-
 um: Te, Christe, victo- rem necis Æ-
 terna, quam re- li- queras, Cœlo re- pos-
 E ij



cit glo- ri-a.

Jam nube vectus fúlgida
Terras jacentes déspicis :
Educta longo cárcere
Regem sequuntur ágmina.

Mirante turmâ cœlitum ,
Panduntur æternæ fores ;
Ovans que súblimem patris
Homo Deus scandis thronum.

Illic Patrónus Póntifex ,
Pacis sequester , quem tua
Semel profúdit cáritas ,
Offerre pergis sanguinem.

Illinc adornas & foves
Ecclésiam sponsus tuam ;
Cunctisque vitam dívidis ,
Infusa ceu mens , ártubus.


Illinc , tot inter prælia
Periclitantem sustines ,
Das militanti víncere
Palmam triumphanti paras.

Quo , Christe , præcédis caput ,
Huc íntegrum corpus vocas :
Vestigiis tritam tuis
Fac membra sectentur viam.

Qui victor ad cœlum redis ,
Jesu , tibi sit glória ,
Cum Patre , cumque Spíritu
In sempiterna sécula . Amen.

*Rep. de s.
in C.*

A



S-cendit De- us

in ju- bi-lo : * Psal-lite Deo
 no- stro, psallite Regi no- stro,
 quo- niam Rex om- nis ter- ræ
 De- us, al-le lu- ia. al-
 le lu- ia. v. Dominus Je-
 sus assum- ptus est in cœ- lum,
 & se- det à dex-tris De- i.
 * Psalli-te &c.

Non dicitur Glória Patri, sed alter cantor imponit Hymnum.

de 4. J E-su nostra redempti-o, A-
 mor & desiderium Deus crea-tor om-
 E iv

nium, Homo in fi- ne temporum.

Quæ te vicit cleméntia
Ut ferres nostra crímina,
Crudélem mortem pátiens,
Ut nos à morte tolleres?
Infernī claustra pénetrans,
Tuos captivos rédimens,
Victor triumpho nóbili,
Ad dextram patris résidens:

Ipsa te cogat pietas
Ut mala nostra súperes
Parcendo; & voti cómpotes
Nos tuo vultu fáties.

Tu esto nostrum gádium,
Qui es futúrus præmíum:
Sit nostra in te glória,
Per cuncta semper sécula. Amen.

*Rep.
de r.*

D

E us pater

glo- ri-a consti- tuens

Christum ad dexteram su-am in cœ-

le- stibus su- pra omnem princi-

pa- tum,* Ip- sum de- dit ca-

put su- pra om- nem

eccl- si-am, al- le- lu- ia.

al- le- lu- ia. v. Fi-li-i ho-

minum usquequò gra-vi cor-

de? sci-to-te quoniam mi-ri-fi-cavit

Do-minus san- ctum su- um. *

Ip-sum. Gloria pa- tri, &

fi- li-o, & spiri- tui san-

cتو. * Ip-sum.

Ad stationem in navi.

v. Dóminus in cœlo parávit sedem suam.

Re. Et regnum ipsius ómnibus dominabitur.

Oremus.

Ad Désto, Dómine, supplicatiōnibus nostris:
Aut sicut humāni gēneris salvatōrem consedére
tecum in tua mājestātē confitēmūr; ita usque ad
consummatiōnem séculi manēre nobiscum, que-
mádmodum est pollicitus, sentiámus, Jēsum
Christum Dóminum nostrum: qui tecum vivit
& regnat Deus. Amen.

D I E I I M A I I.

AD PROCESSIONEM.

Eundo ad Capellam Pœnitentium cœrul.

Hymnus.

Veni cre-a-tor Spi-ri-tus



Mentes tu-orum vi-si-ta; Imple su-

per-na gra-ti-a Quæ tu cre-a-

sti pec-tora.

Qui paraclétus díceris, Fons vivus ignis cáritas
Donum Dei altissimi, Et Spiritális únctio.

Tu septifòrmis mû-
nere,
Dextræ Dei tu dígitus,
Tu rite promissum pa-
tris,
Sermóne ditans gúttura.
Accende lumen sénfi-
bus,
Infunde amórem córdi-
bus,
Infirma nostri cóporis
Virtúte firmans pérfeti.
Hostem repellas lón-
gus
Pacem que dones pró-
tinus;
Ductóre sic te prævio;
Vitémus omne nójum.
Per te sciámus da pa-
trem,
Noscámus atque filium:
Te utriusque Spíritum
Credámus omni tém-
pore.
Sit laus Patri, laus
Fílio:
Par sit tibi, Spíritus
Afflante quo mentes sa-
cris
Lucent & ardent ignibus
Amen.

Postea ingreditur Processio in Capellam. Cantatur O Salutaris, & post orationem, Deus qui nobis sub sacramento. Cantores imponunt.

lo; sed vive-mus cum e-o. *

Ex vir-tu-te De-i, al-le-

lu-ia, al-le-lu-ia. v. Vivi-fi-

ca-bit nos & sus-ci-ta-bit

nos; & vi-ve-mus in cons-pe-ctu

e jus. * Ex. Glória de i. p. 73.

Antiph.

Qui doc-ti fu-e-rint, fulge-

bunt quasi splendor firma-menti; &

qui ad ju-sti-ti-am e-ru-di-unt

multos quasi stel-læ in perpe-tu-as

a-terni-tates; al-le-luia.

- ¶. Notam fecisti in populis virtutem tuam;
Dómine:
¶. Redemisti in brachio tuo populum tuum.
¶. Deus docuisti me:
¶. Pronuntiabo mirabilia tua.

Oremus.

Deus, qui per unigeniti tui passionem & crucis patibulum, genus humanum redemisti: da nobis Christum habitare per fidem in cordibus nostris, ut cum omnibus Sanctis, quae sit ejus crucis longitudo, latitudo, sublimitas & profundum, mente devotâ comprehendere possumus.

Deus, qui ad preparanda errorum veneno remedia Sanctum Hieronymum Doctorem Ecclesiæ tuæ dedisti; concéde, ut qui pro tuenta ecclesiastica veritate dimicavit in terris, nunc in cœlis pro eadem conservanda tuam semper exoret majestatem. Per christum.

Tantum ergo &c. Post benedictionem dicitur *Psal.* De profundis. *recto tono.* oratio Absolve. *ut infra.*

Deinde *Hebdomadarius imponit Te Deum 64.* postea ingreditur *Processio in Ecclesiam Cathedralem.* Dicitur *Psal.* Miserere, etiam *recto tono.*

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Celebrans dicit.

Pater noster &c. & ne nos inducas &c.

- ¶. A portâ inferi
¶. Erue Dómine animam ejus.
¶. Requiescant in pace.
¶. Amen.

- ¶. Dómine exaudi, orationem meam;
 ¶. Et clamor meus ad te veniat.
 ¶. Dóminus vobiscum
 ¶. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Absolve, quæsumus, Dómine, ánimam famuli
 tui Sacerdótis, ab omni vínculo delictórum;
 ut in resurrectónis glória inter Sanctos, & elec-
 tos tuos resuscitátus respíret. Per Christum.

Pueri chori. Requiescant in pace.

D I E III M A I I.

AD PROCESSIONEM.

Antequam exeat Processio cantatur Antiphona
Exurge, cum Oratione Mentem. page 11.

Rep.
de 7.

O

Cu-li om-nium in

te spe-rant, Do-mine;

& tu das es-cam il-lo-rum

in tem-pore op-portu-no: *

A-peris tu

ma-num

& im- ples omne a- ni-mal
 bene- di- ctio- ne; al-
 le- lu- ia. al- le-
 lu- ia.

Psal.

TE de- cet hymnus Deus, in Sion, *

& ti-bi reddetur votum in Jeru-sa-lem.

Exaudi orationem meam: * ad te omnis caro
veniet.

Verba iniquorum prævaluérunt super nos; *
& impietatis nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti, & assumpsisti: * inhabi-
tabit in atris tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ; * sanctum est
templum tuum, mirabile in aquitatem.

Exaudi nos, Deus salutaris noster, * spes óm-
nium finium terræ, & in mari longè;

Præparans montes in virtute tua, accinctus
potentia: * qui conturbas profundum maris, sonum
fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant
terminos à signis tuis: * exodus matutini & vespere
delectabis.

Visitasti terram, & inebrasti eam: * multipli-
casti locupletare eam.

Flumen Dei repléatum est aquis; * parasti ci-
bum illorum, quóniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus, *
in stílicídiiis ejus lætabitur gérminans.

Benedices corónæ anni benignitatis tuæ; * &
campi tui replebúntur ubertate,

Pingueſcent ſpeciōſa deſerti; * & exultatiōne
colles accingéntur.

Induti sunt aríetes óvium, & valles abunda-
bunt frumento: * clamábunt, étenim hymnum
dicent.

Glória Patri.

*Si suprà dicta non ſufficiant, cantantur ſeptem
Pſalmi pænitentiales. p 13.*

¶. Tu Do- mine, fe-cisti
 cœ- lum, ter- ram, ma-ri-a, & om-
 ni- a quæ in e- is sunt: & tu
 vi-vi- fi- cas hæc om- ni-
 a. * A- peris.

Cum

Cum Processio pervenerit ad Ecclesiam Franciscanorum, absolvitur Psalmus incæptus cum Responsorio. Deinde Cantores imponunt.

D O- mine, non
 se-cundùm pec- cata nostra
 fa- ci-as no- bis, neque
 se-cundùm i-niqui-ta- tes no-
 stras re- tri- buas
 no- bis. Do- mine,
 ne memi- neris
 ini- qui-ta-tum nostrarum antiqua-
 rum: citò an- ti- ci-pent
 nos miseri- cor- di-æ tu- æ;

quaia pau- peres facti su-

mus ni- mis. *Pueri chori.*

Ad- ju-va nos Deus fa-lu-ta- ris

no- ster, & propter glori-am

no- minis tu-i Do-mine, li-

be-ra nos; & propi- ti-

us es- to pec-ca- tis no- stris,

pro- pter no- men tu-

um.

Continenter cantores imponunt.

Antiph.

Qui vult post me

ve-ni-re, ab-neget se-me-tip-sum,

& tol-lat cru-cem su-am, & se-

quatur me, alle-lu-ia.

- ¶. Osténde nobis Dómine, misericórdiam tuam,
 ¶. Et salutáre tuum da nobis.
 ¶. Servávi mandáta tua & testimónia tua,
 ¶. Quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Oremus.

Deus, qui culpas delinquéntium districte fé-
 riéndo pércutis, fletus quoque lugéntium
 non recúses: ut qui pondus tuæ animadversiónis
 cognóvimus, pietatis tuæ grátiam sentíamus.

Da nobis, quæsumus Dómine, béati Francíisci
 imitatiōne ac précibus, te solo dívites esse
 velle; & ab omni prava cupiditatē líberos, ma-
 jestati tuæ sincéro corde servire; per christum.

*Redeundo cantantur Litaniæ Sancctorum, sub
 cantu qui habetur in fine libri: & postquam
 Processio in Ecclesiam Cathedralem redierit, pueri
 chori cantant.*

- ¶. Exultábunt sancti in glória:
 ¶. Lætabuntur in cubilibus suis.

¶. Confirma hoc Deus , quod operatus es in nobis.

¶. A templo tuo in Jerúalem.

¶. Ut fructus terræ dare & conservare digneris

¶. Te rogámus audi nos.

Oremus.

Concede quæsumus omnípotens Deus ; ut intercessio Dei genitricis Mariæ ; Sanctorumque ómnium Apostolorum, Mártirum, Confessorum, atque Virginum, & ómnium electorum tuorum , nos ubique létificet : ut dum eórum mérita recólimus , patrocínia sentiámus.

Actiones nostras , quæsumus Dómine , aspirando præveni , & adjuvando proséquere : ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incípiat , & per te cæpta finiátur.

Ad domo tua , quæsumus Dómine , spiritales nequitiæ repellántur , & aëréarum discédat malignitas tempestátum & fulgurum. Per christum Dóminum nostrum. Amen.

DIE XVIII MAIL.

PROTECTIO B. MARIÆ, V.

AD PROCESSIONEM.

*Rep.
de 1.*


B

E- ne-di-ctus Do-

minus, quo-ni-am ex-audi-vit
 vo-cem depreca-ti-o-nis me-
 x: Do-minus ad-ju-tor
 me-us, & pro-tec-tor me-us: *

In ip-so spe-ra-vit cor me-
 um; & ad-ju-tus sum; &
 ex volunta-te me- a confi-
 te- bor e- i. Temp. pa-
 al-le-lu- ia, al-le lu-
 ia.

*Psal.***D**E-us, vene-runt gen-tes in bere-
F iii]



Posuérunt morticíma servórum tuórum escas volatílibus cœli; * carnes sanctórum tuórum béstiiis terræ.

Effudérunt sanguinem eórum tamquam aquam in circúitu Jerúsalem; & non erat qui sepelíret.

Facti sumus opprobriū vicinis nostris; * subsanátiō & illústrio his qui in circúitu nostro sunt.

Usquéquo, Dómine, irascéris in finem; * ascendétur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes quæ te non novérunt, * & in regna quæ nōmen tuum non invocáverunt.

Quia comedérunt Jacob, * & locum ejus desoláverunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum; * cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutáris noster; * & propter glóriam nómoris tui, Dómine, líbera nos:

Et propítius esto peccátis nostris * propter nōmen tuum;

Ne fortè dicant in géntibus: * ubi est Deus eórum?

Et innoteſcat in natiōnibus coram óculis na-

stris, * últio sanguinis servórum tuórum, qui
offíus est.

Introeat in conspéctu tuo, * gémitus compe-
ditórum.

Secúndum magnitúdinem bráchii tui, * posside
fílios mortificatórum;

Et redde vicínis nostris séptuplum, in sinu eó-
rum impropérium ipsórum, * quod exprobrave-
runt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves páscuæ tuæ *
confiébimur tibi in sǽculum.

In generationem & generationem * annuntiá-
bimus laudem tuam.

Glória Patri &c.

¶ Bene dic- tus De- us &
 pa- ter Do- mini no- stri Je-
 su Christi pa- ter misé-ri-cor- di-
 a- rum & De- us toti-
 us confo- la- ti-o- nis. Temp. pasch.
 al- le- lu- ia, al- le- lu-
 F iv

ia. * In ip- so.

Hymnus.

O Quàm glo-ri- fi- cã lu-ce
 cor-us- cas, Stirpis Davi-dice re-gi- a
 proles ! Subli-mis re-si-dens, Virgo Ma-
 ri- a, Su-pra cœ-li- ge-nas æ- the-
 ris omnes ?

Tu cum virgíneo ma- A quo, te præcibus sub-
 ter honóre veniente
Cœlorum Dómino péc- Ætérini pétimus gaudia
 toris aulam regni.
 Sacris viscéribus casta Divinæ sôboli qui dare
 dedisti ; matrem
 Humános Deus hinc in- In terris voluit, glória
 duit artus. patri :
 Quem cunctus véne- Cujus virgo parens, glò-
 rans orbiș adórat, ria nato
 Cui nunc ritè genu flé- Quo fœcunda, tibi glò-
 titur omne ; ria flamen.
 Amen.

Altera, sub eodem cantu.

Nunc auróra novæ
núntia lucis,
Tristes orbe procul dís-
sipat umbras:
O quam lucídior, nocte
sepúltis
Portans ipsa diem, vir-
go resulges!
O quæ nunc hábitas
lúcida regna,
Mittas inde tuæ múnera
lucis
Te si terra dedit munus

olympo
Quæ non dona memor
reddet olympus?
Inter perpétuos númi-
nis haustus,
O régina, tibi sanguine
junctum
Ne dedísc genus: nostra
fuisti,
Summi facta parens,
virgo tonántis.
Divinæ soboli &c.
ut suprà

Exeundo ex Ecclesia Capucinorum.

Hymnus.

Pange, lingua, glori-o-si
Cor-poris myste-ri-um, Sanguinisque pre-
ti-o-si Quem in mundi preti-um Fruc-
tus ventris genero-si Rex effudit gen-ti-um.

Nobis datus, nobis
natus
Ex intácta vírgine;
Et in mundo conver-
satus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolatús
Miro clausit órdine.

In supréma nocte
cœnæ,
Recumbens cum frátri-
bus
Observatâ lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manib⁹.

Verbum caro, panem tum
 verum Novo cedat ritui:
 Verbo carnem efficit; Præstet fides supplémentum
 Fit que sanguis Christi
 merum, Sénsum deféctui.
 Et si sensus déficit, Genitóri, genítóque
 Ad firmándum cor sin- Laus & jubilatio,
 cérum Salus, honor, virtus
 Sola fides sufficit. quoque
 Tantum ergo sacra- Sit & benedictio;
 mentum Procedenti ab utróque
 Venerémur cérnui; Compar sit laudatio.
 Et antiquum documén- Amen.

Hymnus.

S A- cris so-lem- ni-is
 Juncta sint gaudi-a, Et ex præ- cordi-
 is Sonent præco- ni-a; Recedant vete-
 ra, Nova sint om-ni-a, Cor- da, vo-
 ces & o- pe-ra.

Noctis recólitur
 Cœna novíssima,
 Quâ Christus créditur
 Agnum & ázima
 Dediisse frátribus
 Juxta legítima

Priscis indulta pátribus:
 Post agnum typicum,
 Explétis épulis,
 Corpus domínicum
 Datum discípulis
 Sic totum ómnibus,

Quod totum singulis Panis angélicus
 Ejus fatémur mánibus. Fit panis hóminum;
 Dedit fragílibus Dat panis cœlicus
 Corporis férculum, Figúris terminum:
 Dedit & tristibus O res mirabilis!
 Sanguinis póculum, Mandúcat Dóminum
 Dicens: accípite Pauper, servus, & hú-
 Quod trado vásulum, milis.
 Omnes ex eo bíbete. Te trina Déitas
 Sic sacrificium Unaque, pósclimus,
 Istud instituit, Sic nos tu vísitá,
 Cujus officium Sicut te cólimus.
 Commiti voluit Per tuas sémitas
 Solis präsbyteris, Duc nos quò téndimus
 Quibus sic cóngruit Ad lucem quam inhábi-
 Ut sumant & dent cæ- tas.
 teris. Amen.

Hymnus.

V Erbum su- pernum prodi-
 ens, Nec patris linquens dexteram, Ad
 o-pus su-um ex- i-ens, Venit ad vi- tæ
 ves- peram.

In mortem à discípulo Carnem dedit & sangu-
 Suis tradéndus æmulis, nem
 Prius in vitæ férculo Ut dùplicis substántiae
 Se trádidit discípulis. Totum cibáret hómi-
 Quibus sub bina spécie nem,

Se nascens dedit só- Da robur, fer auxílium:
 cium, Qui carne nos pascis
 Convéscens in edúlium: tuâ,
 Se móriens in prétium; Sit laus tibi, pastor
 Se regnans dat in præ- bone,
 mium. Cum patre, cumque spí-
 O salutáris hóstia rię
 Quæ cœli pandis óstium In sempitérna sécula.
 Bella premunt hostília, Amen.

AD STATIONES.

Ad Primam.

Antiph.
de 7.

Sub tu-um præsi-dium confu-gi-

mus, sancta Dei ge-nitrix: nostras

depreca-ti-o-nes ne despici-as in

ne-cessi-ta-ti-bus, sed à peri-culis

cunctis li-bera nos sem-per,

Virgo glori-o-sa & be-ne-dicta.

al-le-lu ia.

*Temp.
pasch.*

¶. Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt lábia mea.

¶. Et locutum est os meum in tribulatióne mea.

Oremus.

Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpétuâ mentis & corporis sanitâte gaudere; & gloriósâ beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & aternâ pérfrui lœtitia. Per christum nostrum &c.

AD ISTITUTIONEM.

Pueri chori cantant.

Ant.

de 6.

O mari-a de qua
natus est Je-sus, invoca
Do-minum, & lo-quere re-gi
pro no-bis, & li-bera nos
de morte.

*Temp.
pasch.*

Alle-luia.

¶. Elégit eam Dóminus,

¶. In habitatióne sibi,

Oremus.

DA, quæsumus Dómine, pópulo tuo invio
lábilem fidéi firmitátem: ut, qui unigéni-
tum tuum in tua tecum glória sempiternum, in
veritáte nostri córporis natum de Matre Vírgine
confitentur, per ejusdem sanctissimæ Vírgnis in-
tercessiōnem, & à præsentibus liberéntur advér-
sis, & mansúris, gáudiis inferántur. Per Chri-
stum &c.

AD III STATIONEM.

Pueri chori cantant O salutaris &c, Oratio;
ut infrà. Deindè Cantores imponunt antiph. Qui
vult post me pag. 9.

- ¶. Panem de cœlo præstítisti eis
- ¶. Omne delectamentum in se habentem:
- ¶. Servávi mandata tua & testimónia tua,
- ¶. Quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo:

Oremus.

DEUS, qui nobis sub sacramento mirabili,
passiōnis tuæ memóriam reliquisti; trübue,
quæsumus, ita nos córporis & sanguinis tui sacra
Mystéria venerári, ut redemptiōnis tuæ fructu
in nobis júgiter sentiámus.

DA nobis, quæsumus, Dómine, beáti Fran-
cisci imitatiōne ac præcibus, te solo dívites
esse velle, & ab omni prava cupiditatē liberos,
majestati tuæ sincéro corde servire. Per chri-
stum &c.

AD IV STATIONEM.

Ant.

de 6.

Bea-tam me di-cent omnes

genera-ti-o-nes, quia fe-cit mi-hi

magna qui po-tens est, & sanctum

Temp.
pasch.

nomen e-jus.

Alle-lu-ia.

¶. Elegit eam Dóminus

¶. In habitatióne sibi.

Oremus.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut
 qui beátam filii tui genitricem vírginem
 Mariam devoto venerámur affectu, maternari
 iphis circa nos pietátem sentiamus. Per christum.

AD V. STATIONEM.

Tempore paschali. Ant. Regina cœli. p. 63.

Extrà tempus paschale.

Ant.


de 1.

in D.

S

Al- ve, Re- gi-

na, mater miseri-cor- di-æ:
 Vi-ta, dul-ce-do, & spes no-
 ftra sal- ve Ad-te cla-
 ma-mus e-xules fi-li-i e-væ;
 Ad-te suspi-ra- mus gementes
 & flen-tes in hac la- cryma-
 rum val-le: E-i-a er-go advo-
 ca-ta no-stra; il-los tu-os mi-
 se- ri-cor- des o- culos
 ad nos con-ver- te: & Je-sum
 bene-



V. Vultum tuum deprecabuntur

R. Omnes dívites plebis.

Oremus.

O Mnípotens sempítérne Deus , qui glorióse
Vírgnis matris Mariæ corpus & ánimam , ut
dignum filii tui habitaculum éffici mererétur ,
spíritu sancto cooperante præparasti: da , ut cuius
commemoratióne latámur , ejus pià intercessióne ,
ab instántibus malis , & à morte perpétua libére-
múr. Per eundem christum.



IN DIE SANCTO
PENTECOSTES.

AD PROCESSIONEM.

Antiph. Exurge. page 11.

Rep.

de 1.

D

O- mine, mag- nus

es tu, & præcla- rus in

vir-tu- te tu- â, al- le lu-

ia. * Ti-bi fer-vi-at om-

nis crea- tu-ra eu-

a, † Qui a dixi- sti, & fa-
 cta sunt, misi- sti spi
 ri-tum tu- um, & cre-
 a- ta sunt; al- le-lu- ia,
 al- le- lu- ia.

Hymnus.

Veni superne Spiritus: Pur-
 ga- ta Christi san-gui-ne, Tu-i- que
 ter-ra jam ca-pax, Expan-dit a-
 ren-tes si-nus.

Christi peténtis a- dem;
 ther-a Et nostra præsens igneo
 Exolve promissam fi- Munda lavácro pectora.
 G ij



Lugémus amissum pa- Retecta paucis véritas ;
 trem ; Nunc orbe toto díssitis
 Te nostra tangat órbitas : Per te patéscat géntibus.
 Soláre mœstos ; ánxiis Divína jam nos únctio
 Spem redde , qui solus Informet omnes ; hac-
 potes. tenùs
 Docére quæ Christus Mutis arátam líitteris
 rudes Inſcribe legem córdibus.
 Prudens alumnos dístu- Sit laus patri , laus
 lit , filio :
 Hæc præparátis ínfere Utrumque qui nectis ;
 Novus magister ménti- Deus
 bus. Utrique compar , sit tibi
 Olim per umbras vá- Decus perenne , Spíritus
 tibus Amen.

Hymnus.

N- ter sul- phu- re-i ful-
 gura turbinis, Flammarúm que globos
 Et so-ni-tum tubæ; Anti-quam vete-ri,
 Monte si-na super, Le- gem das po-
 pulo Deus.

His infida probas cor- Verum terríbiles quid
 da pavóribus, párient minæ?
 Et peccare vetas ; aut Quo tantus récidet tre-
 prétium mori :

En fumantis adhuc Molli duritiem ; redde
 montis ad infima potes , Deus ,
Plebs óblita datam con- Voci nos dòciles tuæ.
 tinuo fidem , Sit laus summa patri ;
Brutam pérfida plebs ef- summáque filio :
 figem colit Sit par , alme , tibi laus
Veri numinis in locum. quoque , Spíritus ,
 Heu ! mens nostra , Per quem legis amor
 Deus , te sine nil còrdibus insitus
 potest : Dat quod lex jubet ,
Lucem prome ánimis : éxequi .
 cordis ahéneam Amen.

Hymnus.


A U- dimur al- mo spi-ri-tus
 Descendit e- si- nu patris Ægrisque fert
 mortali-bus Promissa cœli mu-nera.

Quot pròditur mirá-
 culis
Præsentis advéntus Déi !
 Jam tota sùblimi domus
 Repentè flatu pérsonat .
 Puro caducus æthere ,
Candéntis ad lingua mo-
 dum ,
 In confidentum vérticem
 Ignitus imber dépluit .
 Quæ flamma summas
 álluit
 Innóxio tactu comas ,

Hæc gliscit arcánis simul
 In pectus & mentem vii .
 Stòpente turbâ gén-
 tiūm
 Linguis loquuntur ómi-
 nibus ,
 Vatum crepant orácula ;
 Quidquid profantur ,
 ignis est .
 Inter profandum , spí-
 ritus
 In audientes irruit ,
 Instincta quo passim

nova Par sit tibi laus, sp̄iritus;
 Surgit prophetarum se- Afflante quo mentes sa-
 ges. cris
 Sit laus patri, laus Lucent & ardent ignibus.
 filio: Amen.

Hymnus.

Quo vos magistri Glori-a quo
 sal fa-lus, In-vitat or-bis sancta cohors
 Dei: Portate ver-bum vos reposcit
 Prima seges pi-a cu-ra fratum.

Proh! quanta messis
 prótinus éxitit!
 Ter mille verbum concí-
 piunt viri:
 Deoque maturante, red-
 dunt
 Multíplicem, bona terra
 fructum.
Compuneta passim
 péctora flétibus
 Marent amáris, atque
 piáculo
 Ardent salutáris lavácri
 Prætéritas abolére labes,
 At non hebræis limítí-
 bus sacer
 Hœrébit ardor. Sol habi-

tábles
 Qua lustrat oras, hac
 triumphis
 Matéries patet ampla
 vestrís.
 Jam mille divum tem-
 pla solo ruunt:
 Cedit superba vis sapi-
 éntia,
 Cedunt tyranni: victa
 cedit
 Carníficum rábies fu-
 rentum.
 Novum potentis grá-
 tia sp̄iritus
 Creávit orbem: nos quo-
 que, nos tuæ

Succendat ardor cari- Sit, sancte, compar laus
 tatis, tibi, sp̄iritus,
 Alme Deus, rénovet que Quo dura mitescunt,
 toto. novásque
 Sit summa patri, sum- Concípiunt pia corda
 máque filio : flamas.
 Amen.

v. Sal-vos nos fe-cit De-
 us, per la-va-crum regenera- ti- o- nis,
 & re-nova-ti o- nis sp̄i ri-tūs
 sanc-ti; quem effu- dit in
 nos a- bun- dè. * Ti-bi.

Glo-ri-a pa-tri, &
 fi- li-o, & spi- ri-tu-i
 sanc- to. † Quia,

V. Tu es Deus, qui facis mirabilia;
 R. Notam fecisti in populis virtutem tuam.
 Oremus.



Deus, qui sacramento festivitatis hodiernae
 uniuersam ecclesiā tuam in omni gente,
 & natiōne sanctificas: in totam mundi latitudinem
 sp̄iritus tui sancti dona diffunde: ut quod inter
 ipsa evangēlicæ prædicatiōnis exordia operata est
 divina dignatio, nunc quoque in credētum cor-
 dibus operetur. Per christum.


I N F E S T O
 C O R P O R I S C H R I S T I
 A D P R O C E S S I O N E M.

O Salutaris, &c. oratio pag. 94. Antequam
 exeat Processio, omnibus genuflexis, cantatur,
 duobus cantoribus imponentibus, Antiphona.

A

Do-re-mus, & proci-
 da-mus ante Do-minum, qui
 fe-cit nos, quia ip-se est

*In egressu Ecclesiæ.**Antiph.*



*Sequentia Responsoria imponuntur à duobus
Cantoribus simul : Psalmi verò & Hymni, ab
iisdem alternatim.*

*Quæ ad stationes cantari debeant, habentur
infrà post Responsoria, Psalmos & Hymnos ad
Processionem. ut infrà.*

Rep. de 6.

in C.

M

E-mo-ri-am fe-


cit mi-ra-bi-li-um suo-rum,

misé-ri-cors, & mi-se-ra-tor Do-

minus,* Es-cam de-dit

ti-men-ti-bus se: † Memor

e-rit in se-culum testa-men-ti



su- i.

*Psal.***C**

On- fi- te-bor ti-bi, Domine,

in toto corde meo, * in conci-li-o

justorum & congregati- o- ne.

Magna ópera Dómini , * exquisíta in omnes
voluntátes ejus.

Conféssio & magnificéntia opus ejus , * & ju-
stitia ejus manet in séculum séculi:

Memóriam fecit mirabílum suórum miséricors
& miserátor Dóminus ; * escam dedit timénti-
bus se.

Memor erit in séculum testamenti sui : * virtú-
tem óperum suórum annuntiábit pópulo suo;

Ut det illis hereditátem géntium ; * ópera má-
nuum ejus véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in sé-
culum séculi , * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptionem misit pópulo suo : * mandávit
in æternum testamentum suum.

Sanctum & terríbile nomen ejus : inítium sapi-
éntiæ timor Dómini.

Intellectus bonus ómnibus faciéntibus eum : *
laudátió ejus manet in séculum séculi,

Glória Patri &c.

*Utraque pars chori simul; nemine imponente
cantat versum cum reclamacione.*

¶. Je-sus cùm dile-xi-slet su-os,
qui erant in mundo, in fi-nem
dile-xit e- os. * Es-cam. *Cant.*
Glo-ri-a *Chorus.* pa-tri,
& fi-li-o, & spi-ri-tu-i sin-
cto. † Memor.

Hymnus. Pange lingua, pag. 89.

Rep. de

s. F.

Cenanti-bus disci-pulis,
ac-ce-pit Je-sus pa-nem; & * Be-
nedi-xit, ac fre-git, dedit- que,

e- is, & a- it: † Ac-ci-
pice, & co-me-dite, hoc est
cor- pus meum.

Psal.

Dominus regit me, & nihil mihi
de-e-rit, * in ló-co pascuæ i-bi me
col-locavit.

Super aquam tefectionis educávit me, * ani-mam meam convertit.

Dedúxit me super sémitas justitiæ, * propter nomen suum.

Nam & si ambulávero in médio umbræ mortis non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua & báculus tuus, * ipsa me consolata sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos qui tríbulant me.

Impinguasti in óleo caput meum; * & calix meus inébrians quàm præclarus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ:

(110)

Et ut inhábitem in domo Dómini * in longí-
tudinem diérum.

Glória Patri &c.

Chorus nemine imponente.

v. Panem cœli de- dit e-
is: panem ange-lo- rum mandu-
ca- vit ho- mo, * Be- nedi- xit. Glori-
a pa- tri, & fi- li-
o, & spiri- tu-i san- cto.
† Ac- ci- pi- te.

Hymnus. Sacris solemniiis pag. 90.

*Rep. de 6.
in C.*

A C- ci- pi- ens Je-
sus ca- li-cem, gra- ti- as e-

git & de- dit il- lis, di-
 cens: * Bi- bi-te ex hoc om-
 nes, hic est e- nim
 sanguis me-us novi tes- tamenti,
 qui † pro mul- tis effun-
 de- tur in remis-si-o- nem pecca-
 to- rum.

Psal. **C** Re-di-di; propter quod locutus sum: *
 E-go autem humili-a-tus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo , * omnis homo
mendax.

Quid retríbuam Dómino * pro ómnibus quæ
retribuit mihi?

Calicem salutáris accípiam; * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pôpulo ejus * pretiosa in conspectu Dómini mors sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego servus tuus; * ego servus tuus, & fílius ancíllæ tuæ.

Dirupisti víncula mea, * tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspectu omnis pôpuli ejus, * in átriis domûs Dómini, in médio tuî Jerúalem.

Glória Patri.

Chorus.

¶. Hic est sanguis fœderis,
 quod pe-pigit Do-mi-nus vo-
 biscalum. * Bi-bite. Glo-ri-a
 p-tri, & fi-li-o, &
 spi-ti-tu-i sanc-to. †
 Pro mul-tis.

Hymnus. Verbum supérnūm. pag. 91.

Unus

Rep.
de 1.**U**

Nus pa- nis

& u- num corpus, mul-

ti su- mus * Om- nes qui

de u- no pa- ne, & de

u- no ca- li-ce par-

ti- ci- pa- mus.

Psal.

L

Auda Je-rusa-lem Dominum: * lau-

da Deum tuum Si- on.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum, *
benedixit filiis tuis in te;Qui pósuit fines tuos pacem, & ádipe frumén-
ti satiat te;Qui emíttit elóquium suum terræ, * velóciter
currit sermo ejus;Qui dat nivem sicut lanam, * nébulam sicut
cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas, * ante faciem frigoris ejus quis sustinébit?

Emittet verbum suum, & liquefáiet ea, * flabit spíritus ejus, & fluént aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob; * justítias & judícia sua Israël.


Non fecit táliter omni natióni, * & judícia sua non manifestávit eis. Glória Patri &c.

Chorus v. Parasti in dul-ce- di-
ne tu- à pau- pe- ri, De- us,
qui ha-bi-ta-re fa- cis u-na- ni-
mes in domo, * Om- nes.
Glori-a pa- tri, & fi-
li-o, & spiri- tu-i sancto.
* Om- nes.

Hymnus.

de 5. in C.

A Doro té sup-plex, Latens



De-i-tas, Quæ sub his fi-gu-ri-s vere la-

ti-tas, Tibi se cor meum totum subjicit,

Quia te contemplans totum de-ficit.

Vifus, tactus, gustus in te fällitur,

Sed auditu solo tutò creditur :

Credo quidquid dixit Dei filius,

Nil hoc veritatis verbo vérius.

In cruce latébat sola déitas :

At híc latet simul & humanitas :

Ambo tamen credens atque cónfitens

Peto quod petívit latro pénitens.

Plagas sicut Thomas non intueor :

Deum tamen méum te confítior :

Fac me tibi semper magis crédere

In te spem habére, te diligere.

O memoriále mortis Dómini,

Panis vivus, vitam præstans homini,

Præsta mæ menti de te vivere,

Et te illi semper dulce sapere.

O fons puritatis, Jesu Dómine,

Me immundum munda tuo sanguine,

Cujus una stilla salvum facere

Totum quit ab omni mundum scélere.

Jesu, quem velatum aspicio,

Oro fiat illud quod tam sitio,

Ut te revelata cernens facie,

Visu sim beatus tuæ gloriæ.

Amen.


Hij

*Processione in Ecclesiam reversâ, & reposito
super Altari SS. Sacramento, cantatur.*

Ecce panis angelorum, Factus
cibus viatorum, Vere panis filiorum
Non mittendus canibus.

Bone pastor, panis vere, Jesu
nostrî misere-re; Tu nos pasce, nos
tu-e-re, Tu nos bona fac vide-re In
terra viventium.

Tu qui cuncta scis & va-les, Qui
nos pascis hic morta-les; Tuos i-bi
commensales, Coheredes & so-da-les Fac

 sancto-rum civium.

¶. Benedicat nos Deus, Deus noster; benedicat
nos Deus;

¶. Et metuant eum omnes fines terræ.

Oremus.

Sicut nobis Dómine, fons omnis benedictiōnis
& gratiæ, sacramētum cōporis unigeniti
tui, quo nos in hac peregrinatiōne sustentas: ut
in fortitudine cibi illius usque ad montem sanctum
tuum ambulantes, in tuo sinu quiescāmus,
qui vivis &c.

A D S T A T I O N E S.

Cantores imponunt, & chorus prosequitur.

A D P R I M A M S T A T I O N E M.

De 6. 

A Ve verum corpus na-
tum de Maria virgi-ne: Ve- re
passum, immola-tum in cruce pro
ho-mine: Cujus la-tus perfo-ra-tum
fluxit a-qua & san-gui-ne. Esto
H iij

nobis prægus- ta- tum mortis in e-
 xa- mine. O Jesu dulcis, Je-
 su pi- e, O Jesu, si-li Ma- vi- æ,
 tu nobis misere- re.
 ¶ Iste Deus meus;
 ¶ Et glorificábo eum.

Oremus.

Tribue nobis, Dómine Deus, ut qui Iesum
 Christum pro nobis natum dē vírgine; &
 in cruce passum, sub sacramento præsentem esse
 crédimus & confitémur, ex hoc divino fonte
 hauriámus sinceræ devotionis affectum; per eun-
 dem christum.

AD II STATIONEM.

Ant.
 de I. E C ce De us
 in D. fal va tor me us: confi te mi
 ni il li, & in voca te

no-men e-jus: e-xul-ta &
 lau-onda ha-bitat-i-o Si-
 on, quia magnus in me-di-o i-tu-i,
 sanctus Iis-ra-el.

V. Vota mea Dómino reddam in conspectu omnis pöpuli ejus:
 R. In átriiis domüs Dómini, in médio tui Jerú-salem.

Oremus.

Exultantes in conspécta tuo, Dómine, & te salvatórem nostrum in hoc sacraménto adorantes, quæsumus, ut quibus corpus & sanguinem tuum in alimóniam tribuísti, per eadē mystéria salutem impetrí dighérīs, qui vivis & regnas Deus.

AD III. STATIONE M.

Ant.
 Dignus est agnus qui
 occisus est, accipere virtutem,

H iv

& di-vini-ta-tem, & sa-pi-en-ti-am,

& forti-tu-dinem, & hono-rem, &

glo-ri-am, & bene-dic-ti-o-nem.

v. Afferte Dómino glóriam nómini ejus:

v. Adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Oremus.

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus, agnum, qui pro nobis occísus est, in sacraménto latente, dignis láudibus celebrare; ut eundem in glória manifestum contemplári mereámur; qui tecum vivit & regnat Deus.

AD IV. STATIONEM.

Ant.


I. D.

E-go sum pa-nis

vi-vus, qui de cœ-lo des-cen-di:

si quis mandu-ca- verit ex hoc

pa-ne, vi-vet in æ-ter-num:



v. Sicut ádipe & pinguédine repleáatur ánima
mea:

v. Et lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Oremus.


Deus, qui nobis panem de cœlo verum de-
disti, ut si quis ex ipso manducáverit, non
moriáatur; præsta, quæsumus, ut spirituális ali-
menti virtúte, & ánima semper in te vivat, &
corpus in novíssimo die gloriósum resurgat; per
eundem.

AD V. STATIONE M.

Ant.

6. F

O quam sua-vis est,
Do-mine, spi-ri-tus tu-us!
qui ut dulce-dinem tu-am
in fi-li-os de-monstrares, pa-ne




* Edent pauperes, & saturabuntur:
** Vivent corda cōrum in séculum séculi:

Oremus.

Fac nos, Dómine Deus noster, ad sacraméntum tuum esúrientes, & sitiéntes semper accédere: ut, dūm caro nostra cōpore & sanguine tuo vescitur, áнима de tua divinitatē saginétur; qui vivis.

AD VI. S T A T I O N E M.





v. Deus meus es tu, & con-fitebor tibi:

p. Deus meus es tu, & exaltábo te.

Oremus.




Corda nostra, Dómine, fidei lúmine collustra;
& caritatis igne succende: ut, quem in hoc
sacraménto Deum ac Dóminum nostrum ághos-
cimus, in spíritu & veritáte trementes adorémus,
qui tecum vivit & regnat Deus.


AD VII. STATIONE M.

Ant.

2. D.

O pastor bo-ne, salva





rum cum e- is.

v. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit.

¶. In loco páscaꝝ ibi me collocávit.

Oremus.

V Ide, Dómine, infirmitátes óvium tuárum:
& quod olim ad córporum sanitátem, pro-
deunte ex vestimentis virtúte efficere dignátus es,
nunc ad animárum salútem per hæc sacraménta
clementer operáre; qui vivis & regnas Deus.

AD VIII. STATIONEM.

Ant. *S. C.* Ha- ben- tes ponti-fi- cem

 magnum, Jesum fi- li- um De- i, ac-

 ce-da- mus cum fi-du- ci- a ad thro-

 num gra- ti- x, ut mise- ri- cor- di- am

 consequa- mur, & gra- ti- am inveni-

 a- mus, in auxi- li-o oppor-

 tuno.

¶. Tu es sacerdos in æternum

¶. Secundum ordinem Melchisedech.

Oremus.

Majestatem tuam, Dómine, placabilem nobis exhibeat semper vivens ad interpellandum pro nobis póntifex noster Christus; & ipsius passiónem in hoc sacraménto recoléntibus auxílium gratiæ præstet opportunum; qui tecum vivit &c.

AD IX. STATIONE M.

Ant.

7.

Hic est pa-nis De-

i, qui de cœ-lo descen-dit, &

dat vi-tam mun-do. Do-mine,

sem-per da no-bis pa-nem hunc,

ut viva-mus in æ-ter-num.

¶. Gustáte & vidéte

¶. Quóniam suávis est Dóminus.

Oremus.

Quæsumus, Dómine Deus noster, ut nos ad manducandum panem tuum, contínuâ pie-tate renovare digneris; nec sine hoc æternæ vitæ pignore ex præsenti século migrare permittas; per christum.

AD X. STATIONEM.

Ant.

2.D.

O rex glo-ri-a, qui
 se des ad dexteram majesta-tis in
 excel-sis, & ha-bitas in me-
 di-o no-strî, sal-vum fac po-pu-
 lum tu-um, & be-nedic heredi-
 ta-ti tu- a, & re-ge e- os us-
 que in a- ternum.

¶. Fílii tui sicut novéllæ olivárum;

¶. In circúitu mensæ tuæ.

Oremus.

DA nobis, quæsumus Dómine, ut filius tuus
 Jesus Christus, qui se usque in finem séculi
 suis fidélibus promílit adfutúrum, & præséntiæ
 corporális mystériis non déserat quos redémit,
 & majestatis suæ beneficiis non relinquit; qui
 tecum.

AD XI. STATIONEM.

Ant.

3. E.

Ve- re tu es De-

us abscon- ditus, De-us Is- ra-ël

sal-va- tor: u- ti- que, Do- mine. e-

go cre- di-di, quia tu es Chri-

stus fi- li- us De- i vi- vi,

qui in hunc mun-dum ve-ni-sti.

¶. Cor meum & caro mea

¶. Exultavérunt in Deum vivum.

Oremus.

Deus, qui inestimabili caritate, nobiscum sub hoc sacramenti velamine habitare voluisti; da fidelibus tuis absconditam divinitatis tue majestatem firmare fidei intuiri, & per haec publicae veneracionis officia percipere religionis augmentum; qui vivis & regnas Deus.

Oremus.

PRIMA DIE JULII.

Eundo ad Capellam S. Elizabeth, cantatur.

Hymnus.

Quo sanctus ar-dor te rapit,

O vir-go, flos o vir-gi-num? Quò

tendis, & ci-to gradu Concendis

al-ta montium.

Urget sacer te spíritus
Toto replétam númine:
Matris Dei jam dígnitas
Nil caritati détrahit.

Tibi propinquam san-
guine
Matrem puella vístas,
Concessa cui divínitus
Gratáris alvi múnera.

O quanta matrum
gáudia!
Stupente natúrâ, gravem
Unum stupes, quæ vír-
ginem

v. Vísta nos in salutári tuo Dómine;

r. Ad videndum in bonitaté electórum
tuórum.

Fœtam Deo te prædicat.
Absconditum sub ín-
timo

Ceu nube portábas sinu
Solem, suo qui prótinus
Lustrábit orbem lúmine.

Mundo redemptor
qui venis
Fili, tibi laus máxima

Cum patre, nec tibi mi-
nor

Laus utriúsque spíritus.
Amen.

Oremus.

Oremus.

A Déto ecclésiæ tuæ , misericors Deus , &
filios adoptiōnis jūgiter in ejus sinu purifica,
qui Mariæ clausus útero , Joannem in sinu Eliza-
beth sanctificasti ; qui vivis & regnas.

Redeundo, cantatur.

Hymnus.

C E-te-ri numquam ni-si vagi-
endo , Primitus vocem pue- ri profundunt :
U-nus in cunctis a-lacris Joannes Præve-
nit ortum.

Hunc sibi nondūm génitum sacravit	Fac tuos p̄oris hōdie clientes,
Patris æterni génitus prophétam:	Virgo collūstret rádiis redémptor
Spíritu gaudens canit hinc futúra	Ille, quem prodit nova nascitúro
Utraque mater.	Grátia vati.
Ecce quam fructu gé- nitrix utróque	Det sequi certo pede qua præisti,
Digna ! quam fructus genitrice dignus.	Dum patris summi pati- túra prolem
Hæc deum virgo, stérilis recondit	Vilis ancillæ titulum modesto
Illa prophétam.	Péctore præfers.

(130)

Summa laus Patri, Sp̄iritus semper; Deus
génitoque verbo; unus omni.
Et tibi compar, utriusq; Tēporis ævo.
que nexus, Amen.


Postea ingreditur Processio in Ecclesiam Cathedralem. Dicitur Psal. Miserere, recto tono ut suprà pag. 18. Etiam v. V. & oratio pag. 77.

DIE XXIV JUNII.
IN NATIVITATE
S. JOANNIS BAPTISTÆ.
AD PROCESSIONEM.
O salutaris. Oratio pag. 94.

Rep.

de 7.

F U- it ho- mo
mis- sus q à De- o
cu- i no-men e- rat Jo- an-nes: *
Non e- rat il- le lux, sed ut
te- sti- mo-nium perhibe- ret de lu-




mine, ut omnes cre-de-rent



per il-lum.




Hymnus. C Hri-ste pro-la-psí Repara-tor




or-bis, Ut tu-um casto ce-lebremus om-



nes O-re baptistam, maculas profa-ni




E-lu-e cordis.




Hunc paratúrum Dó-Muta torpébit tibi vox:

mino sequenti at infans




Sémitam prisci cecinére Prótinus nascens pátriæ

vates! resolvet




Vátibus cunctis fuit ipse Víncula linguae.

major, Quin repromissam,




Júdice Christo. súbitus propheta,




Hic & inclúsus geni-Cernis humano géneri

trícis alvo. salutem;




Sensiit exultans Dómi-Núntias pacem, reféras-

num latenter; que satis



Jamque cœlesti trépidat Grándibus ora.

venire Gaudet admirans pó-pulus stupetque:



Obvius agno. Quid fide pendes dū-Quis puer, clamant, erit

bìa sacerdos? iste, cuius

Se statim prodit mani- ritúra lúcem;
 festa tantis Prævium soli voluit Jo-
 Glória signis. annem
 Laus sit æternæ sua Súrgere sidus.
 Trinitati Amen.
 Quæ novam mundo pa-

Hymnus.

Exi-it cunis preti-o-sus infans,
 Munus excelsi: Venit ut te-nello Cor-
 pori ro-bur, Nova di-tat intùs Grati-a
 mentem.

Jamque conventus fú-
 giens profanos, lante flammâ,
 Hórridis blandâ procul Pérfidam natus renovâ-
 urbe lustris, re gentem,
 Mílitem Christo, parat Ad patrum mentes revo-
 innocentes cabit olim
 Sævus in artus. Corda nepótum.
 Cinctus hirsuti spoliis Qui creat mundum;
 caméli, sit honos parenti:
 Arido vitam toleráre Laus tibi compar, repa-
 victu rator orbis:
 Gaudet, insulsas médi- Æquus ambórum sit ho-
 cans agresti nos per omne
 Melle locutas. Tempus amóri.
 Scilicet, sacrâ stimu-

lante flammâ,
 Pérfidam natus renovâ-
 re gentem,
 Ad patrum mentes revo-
 cabit olim
 Corda nepótum.
 Qui creat mundum;
 sit honos parenti:
 Laus tibi compar, repa-
 rator orbis:
 Æquus ambórum sit ho-
 nos per omne
 Tempus amóri.
 Amen.

Hymnus.

N

Unc su-is tan-dem novus è la-

tebris Prodit e-li-as, Popu-lisque chri-

stum Clamat, expro-brans sua viperinæ

Crimina pro-li.

En Deus judex, Deus Sancte præcursor date
 en propinquat præco lucis,
 Ventilans fruges : superis Excitet somno tua vox
 recondet inertes ;

Triticum cellis, paleas- Ut graves olim fugiamus
 que diros agni

Tradet in ignes. Vindicis iras.

Hujus adventu, rígi- Summa laus patri, ge-
 dum superbi nitóque verbo :

Déprimant montes ca- Æquus ambórum sit ho-
 put; erigantur nos amóri,

Vallium passim cava : Qui sacrum christi púgi-
 corriganter lem potenter

Prava viarum. Ungit & armat.

Amen.

Hymnus.

Q

Uid moras nectis? Domino

ju-benti Cede: qui sa-cro Lavat ig-ne

I. ii)

corda, Hic tu-is ar-det Manibus Joannes

Amne la-vari.

Quis fuit sensus tibi, Immemor laudis pró-
cum vidéres priæ, magistro

Súpplicis ritu dare colla Débitos christo próperas
pronum, alumnos

Cui pedum summo ré- Reddere: ardebas mínu-i;
putes honóri decebat

Sólvere lora: Créscere christum.

Cernis ut, nimbo ru- Nec fidem vitâ sat erit
tilante, christo probasse,

Spíritus, patris comitan- Víndicem læsi rígidum
te voce, pudoris

Incubat; sese triádisque Te manet carcer: Dómi-
tota no cruenta

Pandit imago? Morte præibis.

Diligens instas óperi Lætus æternum céle-
minister: bret parentem

Victimam mundi scelus Orbis: æternum céle-
auferentem bret parentis

Prædicas agnum; digi- Fílium: par sit tibi laus
tóque fidus per omne

Indice monstras. Spíritus ævum.

Amen.

¶. Surre-xit qua-si ig-

nis, & verbum ip-si-us qua-si



v. Os meum annuntiabit justitiam tuam, Dómine:
g. Totâ die salutare tuum.

Oremus.

OMnipotens & misericors Deus, qui beatum Joannem Baptistam tuâ providentiâ destinasti, ut plebem perfectam Christo Dómino præpararet: da quæsumus, ut família tua hujus intercessione præcónis, & à peccatis ómnibus exuatur, & ad eum quem prophetávit, pervenire mereátur Dóminum nostrum Jesum Christum, filium tuum.

Deinde *Tantum ergo.*

DIE XXV JUNII.

AD PROCESSIONEM.

Ut in die prima Martii. pag. 3.

DIE XV AUGUSTI.
AD PROCESSIONEM.

Rep.

F**E****E****E****E****E****E****E****E****E****E****E****E**

E- lix es sa-cra

vir- go Ma- ri- a, &

om- ni lau- de di-gnif-

fi- ma. * Quia ex

te or- tus est sol ju- sti-

ti- x, Chri-

stus De- us [no- ster.

v. Ora pro po-pulo , in- ter-

vi- ni pro cle- ro, in- ter-cede

pro devo-to fœmi-ne-o se-xu:
 sen-ti-ant tuum ju-va-men, quicum-que ce-le-brant tuam sanctam com-memo-ra-ti-o-nem. * Quia.
 Glori-a pa-tri, & fi-li-o, & spiri-tu-i sanc-to.

* Quia.

Deindè *Litaniae B. Mariæ Virginis.*

K Y-ri-e e-le-i-son. *Chorus repetit.* Ky-
 ri-e e-le-i-son, Christe e-le-i-son,
Chorus repetit Christe &c.
 Ky-ri-e e-le-i-son. *Chorus. repetit* Kyrie.

Chorus repetit
Christe audi nos!

Christe au-di nos.

Chorus repetit.
Christe exaudi nos!

Christe exau-di nos.

Pater de cœlis De-us, miserere nobis.
Chorus repetit Pater &c.

Fili redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Chorus repetit. Fili &c.

Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Chorus repetit Spiritus &c.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Chorus repetit Sancta Trinitas &c.

Sancta Mari-a, ora pro nobis.
Chorus repetit Sancta Maria &c.

Sancta Dei génitrix, Mater admirabilis, ora.
ora pro nobis. Mater Creatóris, ora.

Sancta Virgo Vírginum, Mater Salvatóris, ora.
ora pro nobis. Virgo prudentissima,

Mater Christi, ora pro. ora pro nobis.

Mater divinæ gratiæ, Virgo Veneranda, ora.
ora pro nobis. Virgo prædicanda, ora.

Mater purissima, ora. Virgo potens, ora pro.

Mater castissima, ora. Virgo clemens, ora pro.

Mater inviolata, ora. Virgo fidélis, ora pro.

Mater intemerata, ora. Spéculum Justitiæ, ora.

Mater amabilis, ora. Sedes Sapientiæ, ora.

Causa nostræ lœtitiae , ora pro nobis:
 ora pro nobis. Auxilium Christianó-
 Vas spirituale, ora pro. rum, ora pro nobis
 Vas honorabile, ora. Regina Angelorum, ora.
 Vas insigne devotionis, Regina Patriarcharum ,
 ora pro nobis. ora pro nobis.
 Rosa Mystica, ora pro. Regina Prophetarum ,
 Turris Davídica, ora. ora pro nobis.
 Turris ebúrnea, ora. Regina Apostolorum ,
 Domus áurea, ora pro. Regina Mártyrum , ora.
 Fœderis arca, ora pro. Regina Confessorum ,
 Janua Cœli, ora pro. ora pro nobis.
 Stella matutina , ora. Regina Vírginum , ora.
 Salus infirmorum ora. Regina Sanctorum óm-
 Refugium peccatorum , nnum, ora pro no-
 ora pro nobis. bis.
 Consolatrix afflictorum ,

Ag-nus Dei qui tollis peccata mun-
 di, parce nobis, Domine.

Chorus repetit Agnus &c.

Agnus Dei , qui tollis peccata mundi, exaudi nos
 Dómine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,

Mise-re-re no- bis.

*Post redditum Processionis, fit satio, in qua
 Cantatur Antiph. Sub tuum præsidium. pag. 92.*

℣. Ora pro nobis sancta Dei génitrix:

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oremus.

Prótege, Dómine, famulos tuos subsídiis pa-
cis, & beátæ Maríæ semper vírginis patro-
cínii confidentes, à cunctis hóstibus & periculis
redde secúros, per christum.

Deinde cantatur Psalmus.

Ex-au-di-at te Dominus in di-e
tri-bula-ti-o-nis; * protegat te nomen

De-i Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto : * & de Sion
tueáatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui : * & holocau-
stum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secundùm cor tuum : * & omne
consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutári tuo : * & in nómíne Dei
nostrí magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiones tuas : * nunc
cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum
suum.

Exáudiet illum de cœlo sancto suo : * in poten-
tati bus salus déxteræ ejus.

Hi in curribus, & hi in equis : * nos autem
in nómíne Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, & cecidérunt : * nos autem
surréxitmus, & erécti sumus.

Dómine, salvum fac Regem : * & exáudi nos in
die quâ invocavérimus te. Glória patri.

¶. Deus, iudicium tuum regi da;
 ¶. Et justitiam tuam filio regis.

Oremus.

Deus Regum ac regnorum moderator & custos; qui unigenitum filium tuum Dominum nostrum sanctissimae virginis matris in terris subditum esse voluisti, ut in eo nobis exemplum humilitatis & obedientiae praesignares: famuli tui Ludovici Regis christianissimi vota secundo favore prosseguere: ut, qui ejusdem se virginis tutelae devotam sponsione consecrant, perpetuae in hac vita tranquillitatis, & aeternae libertatis in celo premia consequantur; per eundem christum.

DIE XVI AUGUSTI,
 IN FESTO
 SANCTI ROCCHI.
 AD PROCESSIONEM.

O Salutaris &c. oratio. pag. 106.

Rep.
de 2.

O

M-nis qui venit

ad me & au-dit sermones me-

os, & fa-cit e- os, of-

ten-dam vo-bis cu-i si-mi-lis
 sit: * Si-mi-lis est homini
 æ-di-fi-canti Do-mum, qui t Fo-
 dit in al-tum, & posuit
 funda-men-tum super pe-
 tram. v. Bea-tus ho-mo, cu-i
 do-na-tum est habere ti-mo-rem
 De-i: qui te-net il-lum cu-i
 af-si-mi-la-bitur?
 * Si-mi-lis. Glo-ri-a pa-tri
 & fi-li-o, & spiri-tu-i

sanc- to. † Fodit.

Hymnus.

S

Ummi pu-sillus grex patris,

Timo-re mentem sol-vi-te; Sui

paternus vos a-mor Vult es-se reg-
gni compotes.En regnat inter cœli Abscondit & spargit
tes, sinu.Qui vixit olim século Sapore verbi pâsci-
Ignótus, exósus sibi, tur;Qui pauper, & sciens Totóque legem péctore
pati. Scrutátus, orat pârvigil,
Angusta péniténtiæ Mens celsa versatut
Ingréslus, & viam cru- polo.cis, Hac surgit ad cœlum
Per dura Christum præ- viâ:lia, Et nos eádem, da, pa-
Per damna non timet ter:

sequi.

Da, nate, da cum spí-
ritu,

Carnem terit jejuniis; Ad te veniré fémítâ.

Linguam domat siléntio; In pauperum, parcus
sibi, Amen.

line

Alterā, sub eodem cantu:

Non parta solo san-
guine
Ornat bēatos púrpura:
Sunt incruenta , quæ
suos
Habent triúmphos, præ-
lia.

Non iste flamas ,
non cruceſ,
Non ſenſit uncos pécti-
neſ:

Crudélis & durus ſibi
Se morte lenta cónficit.
Si lictor illi défuit,
Si vincla , fuſtes , ún-
gula,

Paráta pro Chriſto mori
Hoc ſupplet omne cá-
ritas.

Corpus ſubégit cásti-
tas

Et liberam mentem fi-

des :

Amor ſupérnis ignibus
Totam litavit hōſtiam.

Venis apértais ómnibus
Qui vellet ultro erúm-
pere ,

Fraudátus optáta vià ,
It fusus in fletum cruor.
Da , Chriſte , ſic nos
vívere ,

Diſcámus ut ſemper
mori :

Da , poſt brévis vitæ
dies ,

Vitæ perénnis gáudia.
Æterne tu verbi pa-

ter ,

Æterne fili par Patri ,
Et par utriqüe ſpíritus ;
Tibi , Deus , ſit gló-
ria.

Amen.

Hymnus.

Qui te Deus ſub in- ti-mo
A- mans recepit pectore , Non il-le ter-
ras amplius Spirat, o- bli-tus ſu-i.

Quid

Quid ergò gaudes né-
ctere
Tristes moras amánti-
bus?
Terris retárdas éxules,
Cives polo quos désti-
nas.
Hinc fervet in dies
amor,
In vota toti diffluunt:
Ad astra festinántibus
Fit pœna vita lóngior.

Vix iste tardi cóporis
Pondus molestum sus-
tinet;
Præ mortis óccupat
diem,
Ardens Deo se júngere.
Æterne tu verbi pa-
ter,
Æterne fili par Patri,
Et par utríque spíritus
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

*Si suprà dicta non sufficient, addentur quæ
sequuntur.*

Hymnus.

O Vos æ-thére-i plaudi-te ci-
ves: Hæc est il-la di-es Clara trium-
pho, Qua matrem placida morte solu-
tam, Natus si-dere-â Susci-pit au- là.

Quæ non, virgo tibi Te verbum proprio lú-
dona rependit! mine vestit.
Cœli divítias explicat Qui velo-látuit carnis,
omnes: apértil
Verbum vestíeras carne, Pleno te satisat nūminis
vicíssim haultu,

Et quem virgíneo lacte Alto de sólio vota tuó-
 cibásti, rum
 In jugem tibi dat se De- Audi; namque potes flé-
 us escam. cte natum,
 O concessa tibi quan- Virgo mater: amas nos
 ta potestas! quoque natos.
 Per te quanta venit grá- Divinæ soboli, qui
 tia terris! dare matrem
 Cunctis cœlítibus célfior In terris voluit, gló-
 una, ria Patri,
 Solo facta minor, virgo Cujus virgo parens, gló-
 tonante. ria nato,
 Quæ regina sedes pró- Quo fæcunda, tibi gló-
 xima Christo, ria flamen.
 Amen.

Hymnus.

O Uæ cœlo no- va nunc Ad-
 di-tur hos- pes! Se-se tota poli: re-
 gi-a pandit: Ruptis vir-go parens li-
 bera vin-clis, Ca-ro se pro-pe-rat red-
 de-re na-to.

Quantum delítuit páu- Se velare quibus mater
 pere tecto, amábat;
 Tantum spléndida nunc Densas natus amat rúm-
 fulget in astris! pere nubes

Olim quæ fuerat jun- lis amore;
 ñta marito, Jam secura, suâ prole
 Et de connubio crèdita triumphat.
 mater, Nostras, tu nova lux,
 Totum jam cõlitur nota díscurte noctes:
 per orbem Tu regina, graves solve
 Cum matris titulis inté- catenas:
 gra virgo. Cæcos, stella maris, di-
 Ancillæ tribuit quæ si- rige cursus;
 bi nomen, Da, quo tu frueris, cér-
 Cœlesti dòminans re- nere natum.
 gnat in aula: Divinæ soboli &c.
 Quæ tot passa neces pro- ut suprà.

A D S T A T I O N E S.


AD PRIMAM.

Cantatur, Antiph. *Sub tuum præsidium.* cum suo versiculo & oratione Concede. pag. 93.

AD SECUNDAM.

T E - ti - git jus - tos tenta - ti - o
 mor - tis, & commo - ti - o
 fa - ñta est multi - tu - di - nis:
 sed non di - ù per - man - sit i -
K ij






¶. Prope est Dóminus ómnibus invocántibus
eum:
¶. Omnibus invocántibus eum in veritate.

Oremus.

V Ide, Dómine , infirmitates nostras ; & in-
tercedénte beáto Sébastiano mártyre tuo,
céleri nobis pietate succurre ; per christum.

A D T E R T I A M.



¶. Voluntátem timéntium se faciet Dóminus ,
¶. Et deprecationem eorum exáudiet.

Oremus.

POpulum tuum, quæsumus omnípotens Deus; ad te confugientem, intercedente beato Rocco, paterna récipe pietate, ut qui tuæ iracundiæ flagella fórmidant, tuâ mereantur misericórdia liberari; per christum.

AD QUARTAM.

Dicitur Antiph. S. Alani *in lege Domini*. cum suo verlic. & oratione pag. 26.

Postea ingreditur Processio in Ecclesiam, fit statio ad facellum S. Albini, in qua pueri cantant.

- ℣. Benedicamus patrem & filium cum sancto spíritu;
- ℟. Laudemus & superexaltemus eum in sa-
cula.


Oremus.

Deus, cuius providéntia in sui dispositióne non fallitur, te súpplices exorámus: ut nóxia cuncta submóveas, & ómnia nobis profutura concedas; per christum.

PRO GRATIIS DEO AGENDIS.

AD PROCESSIONEM.

Rep.
de 1.



mi-nus, at quo- ni-am pexaudi- rivit
 vo- cem depre-ca- ti-o- nis me-
 ã: Do- minus ad- ju- tor
 me- us & pro-tec-tor me-
 us: * In ip- so spera-vit cor me-
 um, & ad-ju- tus sum, &
 ex volunta- te me- a, confi-
 te- bor e- i.

Psal.

B E-ne- dicam Domi-num in omni
 tempore * semper laus e-jus in o-re
 me- q.

In Dómino laudábitur áнима mea : * áudiant mansuéti & latentur.

Magnificáte Dóminum mecum : * & exalémus nomen ejus in idipsum.

Exquisívi Dóminum , & exaudívit me : * & ex ómnibus tribulatióibus meis erípuit me.

Accédite ad eum , & illuminámini , * & facies vestræ non confundentur.

Iste pauper clamávit , & Dóminus exaudívit eum , * & de ómnibus tribulatióibus ejus salvávit eum.

Immittet ángelus Dómini in circúitu timéntium eum , * & erípiet eos.

Gustáte , & vidéte quóniam suávis est Dóminus * beátus vir , qui sperat in eo.

Timéte Dóminum , omnes sancti ejus ; * quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt , & esuriérunt , * inqui-rentes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Venite , filii , audíte me : * timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam ; * díligit dies vidére bonos ?

Próhibe linguam tuam à malo , * & lábia tua ne loquuntur dolum.

Divérte à malo & fac bonum : * inquiré pacem & perséquere eam.

Oculi Dómini super justos : * & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super facientes mala ; * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justi , & Dóminus exaudívit eos , * & ex ómnibus tribulatióibus eórum libe-rávit eos.

Juxta est Dóminus iis qui tribuláto sunt corde, *
& húmiles spíritu salvábit.

Multæ tribulatiónes justórum; * & de ómnibus
his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum: * unum
ex his non conteretur.

Mors peccatórum péssima: * & qui odérunt
justum, delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum, *
& non delínquent omnes qui sperant in eo.

Glória patri.

Psalmus. 65.

Tubilate Deo omnis terra, psalmum dícite nó-
mini ejus: * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: quam terribília sunt ópera tua,
Dómine, * in multitúdine virtutis tuæ mentiéntur
tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & psallat tibi: * psal-
mum dicat nómini tuo.

Veníte & vidéte ópera Dei: * terríbilis in con-
síliis super filios hóminum:

Qui convértit māre in áridam, in flúmine per-
transíbunt pede: * ibi lätábimur in ipso.

Qui domináatur in virtute sua in æternum; óculi
ejus super gentes respíciunt: * qui exasperant,
non exalténtur in semetiplis.

Benedícite, gentes, Deum nostrum; * & audí-
tam facite vocem laudis ejus.

Qui pósuit ánimam meam ad vitam, * & non
dedit in commotionem pedes meos.

Quóniam probasti nos Deus, * igne nos ex-
aminásti sicut examinátur argentum:

Induxisti nos in láqueum, posuisti tribulatiónes

In dorso nostro : * imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem & aquam , * & eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis : * reddam tibi vota mea,

Quæ distinxerunt labia mea , & locutum est os meum * in tribulacione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arictum : * offeram tibi boves cum hircis.

Venite , audite , & narrabo , omnes qui timetis Deum , * quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamavi , * & exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo , * non exaudiens Dominus ;

Propterea exaudivit Deus , * & attendit vocis deprecationis meæ.

Benedictus Deus , * qui non amovit orationem meam , & misericordiam suam à me.

Glória patri.

Psalmus 84.

Benedixisti , Domine , terram tuam , * avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ , * operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam , * avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos , Deus salutaris noster , * & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum irasciris nobis ? * aut extendes iram tuam à generatione in generationem ?

Deus, tu conversus vivificabis nos, * & plebs
tua lætabitur in te.

Ostende nobis, Dómine, misericordiam tuam, *
& salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dóminus Deus; *
quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos, * & in eos qui conver-
tentur ad cor.

Verúmtamen propè timentes eum salutare ipsí-
us, * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericordia & véritas obviavérint sibi: * jus-
titia & pax osculatæ sunt.

Véritas de terra orta est, * & justitia de cœlo
prospexit.

Etenim Dóminus dabit benignitatem: * & ter-
ra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit, * & ponet in
via gressus suos. Glória patri.

Psalmus 116.

LAUDÁTE DÓMINUM OMNES GENTES: * LAUDÁTE
EUM OMNES PÓPULI.

QUÓNIAM CONFIRMÁTA EST SUPER NOS MISERICÓRDIA
EJUS, * & VÉRITAS DÓMINI MANET IN ETERNUM.

Glória patri.

Psalmus 148.

LAUDÁTE DÓMINUM DE CÉLIS: * LAUDÁTE EUM IN
EXCELSIS.

LAUDÁTE EUM OMNES ÁNGELI EJUS: * LAUDÁTE EUM
OMNES VIRTÚTES EJUS.

LAUDÁTE EUM SOL & LUNA: * LAUDÁTE EUM OMNES
STELLÆ & LUMEN.

LAUDATE EUM CÉLI CÉLÓRUM; * & AQUÆ OMNES QUÆ

Super cœlos sunt ; laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit & facta sunt : * ipse mandávit ,
& créata sunt.

Sítuit ea in æternum , & in séculum séculi , *
præceptum pósuit & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra ; * dracónes , &
omnes abyssi.

Ignis grando , nix , glâcies , spíritus procellárum ;
* quæ fâciunt verbum ejus ;

Montes , & omnes colles , * ligna fructífera &
omnes cedri .

Béstiae & univérsa pécora ; * serpentes , & vó-
lucres pennatæ ;

Reges terræ & omnes pôpuli , * príncipes &
omnes júdices terræ .

Júvenes & vírgines , senes cum junióribus , lau-
dent nomen Dómini , * quia exaltatum est nomen
ejus solius .

Confessio ejus super cœlum & terram ; * &
exaltávit cornu pôpuli sui .

Hymnus ómnibus sanctis ejus , * filiis Israël ,
pôpulo appropinquânti sibi . Glória patri .

Psalmus 149.

CAntate Dómino canticum novum : * laus ejus
in ecclésia sanctórum .

Lætetur Israël in eo qui fecit eum , * & filii
Sion exultent in rege suo .

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano &
psaltério psallant ei ;

Quia beneplácitum est Dómino in pôpulo suo ,
* & exaltábit mansuétos in salutem .

Exultábunt sancti in glória : * lætabúntur in
cubílibus suis .

Exaltationes Dei in gütture eorum; * & gladii
ancipites in manibus eorum.

Ad faciéndam vindictam in nationibus, * incre-
patiōnes in populis:

Ad alligandos reges eorum in compéditibus, *
& nobiles in manicis férreis,

Ut faciant in eis judicium conscriptum, * gló-
ria hæc est omnibus sanctis ejus.

Glória patri.

Psalmus 150.

LAUDÁTE DÓMINUM IN SANCTIS EJUS: * LAUDÁTE
EUM IN FIRMAMENTO VIRTUTÍS EJUS.


LAUDÁTE EUM IN VIRTÚTIBUS: * LAUDÁTE EUM SE-
CUNDUM MULTITUDINEM MAGNITUDINIS EJUS.

LAUDÁTE EUM IN SONO TUBÆ: * LAUDATE EUM IN
PSALTERIO & CÍTHARA.

LAUDÁTE EUM IN TYMPANO & CHORO: * LAUDÁTE
EUM IN CHORDIS & ÓRGANO.

LAUDÁTE EUM IN CYMBALIS BENE SONANTIBUS;
LAUDÁTE EUM IN CYMBALIS JUBILATIONIS: * OMNIS SPÍRITU
LAUDET DÓMINUM. Glória patri.

¶. Be-ne- dic-tus De-us, &
pa-ter Do-mini no-stri Je-
su Chri-sti, pa-ter miseri-cor-di-
rum, & De-us ta-ti-



us conso- la- ti-o- nis. * in ip- so

Cum Processio pervenerit ad Ecclesiam Franciscanorum, absolvitur v. cum reclamacione; deinde, unus cantor imponit Domine non secundum peccata &c. p. 81. Quo finito alter cantor imponit antiph. Qui vult post me p. 83. cum vv. & orationibus.

In reditu, Litaniae Sanctorum, sub cantu qui habetur in fine libri: & cum Processio pervenerit ad locum stationis pueri chori cantant vv. & Hebdomadarius oration. pag. 84.

Deinde Te Deum, cum suo v. & orati. pag. 64.

DOMINICA IN PALMIS.

AD PROCESSIONEM.

Processio fit extra Ecclesiam, cunctis ramos tenentibus, & cantantur.

Antiphonæ sequentes.

Ant.

de 8.

J

E- sus an-te sex

dies pas- chæ, ve- nit Be-tha-ni-
am, u-bi La- za-rus fu- erat mor-

tuus, quem susci-ta- vit Je-sus:
 fe-ce-runt autem e- i cœ-nam
 i- bi, & la-za-rus unus e- rat
 ex discumbe- ti-bus cum e-
 o. In cra-stinum au-tem tur- ba
 mul- ta quæ ve- ne-rat ad
 di-em festum, cum au-di- sent quia
 venit Je- sus je-roso- ly-mam,
 acce- pe- runt ra-mos palma- rum,
 & processe- runt ob- vi-am e- i, &

clama- bant hosan-na : benedic- tus
 qui ve- nit in no-mine Do-mini Rex
 Il- ra- ēl.
Ant.
de 8. Testimo-nium perhibebat
 tur-ba quæ e- rat cum e- o, quando
 la- zarum voca- vit de monumento,
 & susci-ta- vit e-um à mortu-is ; pro-
 pte-a & ob-vi-am ve- nit e- i
 tur-ba, quia audi-e runt e- um fe-
 cis- se hoc signum.

*Ant.
de 3.*

Cum ap- propinquas- sent Jero-
so- ly-mis, misit Je-sus duos
disci- pulos, di-cens e-is: i-te in
castel- lum, quod contra vos est;
& sta-tim inveni- e- tis a- si-nam al-li-
ga- tam, & pul- lum cum e- a:
sol- vi-te, & addu- cite mihi.

*Ant.
de 2.
in D.*


Adduxe- runt disci- puli
a- si-nam & pul- lum, & ja- ctan-
tes vestimenta su- a su- pra pul-
lum,

lum, imposu-e- runt Je-sum; &
 se-dit su-per e- um, si-cut
 scrip-tum est; noli ti-me-re,
 fi-li-a Si on: ec-ce Rex tu-

us ve-nit, se-dens super pul-lum
 a-si-nae.

Ant.
 de 3. E-un-te il-lo, plurima
 tur-ba strave-runt vestimenta su-a
 in vi-a: a-li-i au-tem rā-mos
 cæ-de-bant de at-bo-ri-bus, & ster-

L



Cum Processio pervenerit ante crucem, Diaconus Dalmaticam nigram induit, dictoque genibus flexis munda cor meum, & petita benedictione à Sacerdote [qui etiam incensum à Thuriferario genuflexo oblatum benedicit ut moris est in Missa;]

tum Cruce ; Ceroferariis & incenso ; vadit ad analogium præparatum, ubi legit ex S. Mathæo ut sequitur, tono in Missa usitato.

Dóminus vobiscum.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Mathæum;
Cap. 21.

Hic incensatur Diaconus.

IN illo tempore; cum appropinquaissent Jerosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliveti: tunc Jesus misit duos Discipulos, dicens eis : ite in castellum quod contra vos est, & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea ; solvite, & adducite mihi : & si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dóminus his opus habet; & confessim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem; dicite filiæ Sion, ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subjugális. Euntes autem Discipuli, fecerunt sicut precepit illis Jesus, & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum de super sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via; alii autem cœdebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes : hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Dómini, hosanna in altissimis.

Sacerdos osculatur Evangelium, & incensatur de more, tum Diaconus Dalmaticam exuit, postea, dum cantatur antiphona Ave Rex noster. Sacerdos cum ministris ac reliquis de Clero per

*ordinem; & populus, crucem osculantur; & ad
eius pedes projiciunt surculum rami.*

*Antiph. de
I. in A.*

A- ve Rex

no- ster, fi- li Da- vid, re-

demptor mun- di; quem prophete-

ta præ-di-xe-runt salva-to-rem Do-mi-

ni Is- ra-él es- se ven-tu- rum:

te sa- lu- ta- rem vic-ti-mam pa-

ter mi-sit in mun-dum, quem ex-

pecta- ve- runt omnes sancti ab o-

ri- gi-ne mun- di.

*Præcedens Antiphona repetitur quoties necesse-
rit, donec scilicet omnes crucem osculati fuerint*

*Redeundo ad Ecclesiam cantantur Antiphona
Sequentes, aut aliquæ ex iis, secundum itineris
longitudinem.*

Ant.

de I.

Tur bx quæ præcede-

bant, & quæ se- quebantur, clama-

bant di-centes: hosan-na fi- li-o

Da- vid, be-nedictus qui ve-nit in

no- mine Domini: be-nedic-tum quod

ve- nit reg-num patris no-stri Da-vi-d:

hosan- na in ex-celsis.


Ant. de

s. in C.

Exul- ta sa- tis, fi- li-

a Si- on, ju- bi-la fi-li-a Jeru-

L iij



Ant.

de 7.

Quidam phari-sœ-o rum di-

xe-runt ad Jesum: ma-gi-ster increpa

dis-ci-pu-los tu-os. Quibus ipse a-

it: di-co vo-bis, quia si hi tacu-

e-rint, la-pi-des clama-bunt.

Ant. de

i. in D.

Ut appropinqua-vit


Je-sus, vi-dens ci-vi-ta-tem, fle-

vit su-per il-lam di-cens: qui-a

si cognovis-ses & tu, & qui-

dem in hac di-e tu-a quæ ad

Liv



*Ubi Processio redierit ante portam Ecclesiae,
clausa esse debet, duo pueri, intra Ecclesiam
Cantant Hymnum sequentem, cum cadentia
in fine.*

*de 1.
in D.*

G Lo-ri-a laus, & ho-
nor ti-bi sit, Rex Christe re-dem-
tor, Cui pue-ri-le de-cus prompt
hosanna pium.

Chorus repetit Glória laus &c.

Pueri,

If-ra-ël es tu Rex, Da-vi-
dis & inclyta proles, Nomine qui in
Do-mi-ni Rex benedic-te ve-nis.

Chorus repetit Glória laus &c.

Pueri.

Plebs hebræa ti- bi cum pal-mis

ob- vi-a venit: Cum prece, voto hym-

nis, ad- sumus ec- ce ti-bi.

Chorus repetit Glória laus &c.

Pueri.

Hi ti-bi passu-ro fol- ve-bant

mu-ni-a laudis, Nos ti-bi regnanti

pan- gi-mus ec- ce melos.

Chorus repetit Glória laus &c.

Pueri deinde repetunt Glória laus &c.


Postea Sacerdos baculo Crucis percutit fores;
Cantans.

Attolli-te portas principes ve-stras, &


e-le-yamini portæ æterna-les; & introi-

bit Rex gloriæ.

Pueri intra Ecclesiam, Cantant.




Quis est i-ste Rex glori-æ?
Sacerdos respondet.



Dominus fortis, & potens, Dominus po-


tens in præli-o.

Et secundo percutiens fores, repetit.




At-tolli-te &c.

Pueri elatiūs cantant.



Qais est i-ste Rex glori-æ?


Sacerdos respondet.



Dominus fortis & potens, Dominus po-


tens in præli-o.

Et tertio percutiens fores, repetit.




Attolli-te portas &c.

Pueri elatissimā voce.



Quis est if- te Rex glori- æ?

Sacerdotes respondent.




Dominus virtutum ipse est Rex glori-a.


Continuo fores aperiuntur ab his qui sunt intus, & Processio intrat cantando quod sequitur.




Cantores. Cum intra-set Chorus Je-




sus Jero-so-lymam, commota est u-




niver-sa ci-vi-tas; populi au-tem di-




ce-bant: hic est Je-sus propheta à




Na-za-reth gali-le-a, & in-tra-vit



in templum De-i; pu-e-ri au-tem



clama-bant in templo, di-cen-tes: ho-



san-na fi-li-o Da-

vid.

Processione in chorūm reversā ; pueri can-
tant.

¶. Ex ore infantium & lactentium

¶. Perfecisti laudem tuam, Dómine.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Dóminum nostrum Jesum Christum, super pullum asinæ sedere fecisti; & turbas populorum vescimenta & ramos arborum in via sternere, & hosanna decantare in laudem ipsius docuisti: da, quæsumus, ut in ipso ac per ipsum, cuius nos membra fieri voluisti, de mortis imperio victóriam reportantes, ipsius gloriósæ Resurrectionis participes esse mereamur; qui tecum vivit & regnat Deus.



IN DIE SANCTO
PASCHÆ.

Post vesperas, dicto à pueris Benedicamus Dómino, progreditur Clerus ad Baptisterium, cum cruce, luminaribus incenso, & cæro Paschali. Eundo cantatur, duobus cantoribus imponentibus:

*Rep. de
r. in A.*

C Hristus re-sur- gens

ex mor tu-is, jam
 non mo ri-tur, * Mors
 il li ul tra non do-mi
 na bitur: quod e nim mor
 tuus est pec ca to, mor tu us est
 se mel; quod au tem
 vi vit, vi vit De o, Al le lu
 ia, al le lu ia.

Statim unus cantor inchoat Psalmum

L Au date pue ri Dominum: * lau da
 te nomen Domini.

Sit nomen D omi ni benedictum: * ex hoc nunc
 & usque in seculum.

A solis ortu usque ad occasum : * laudabile nomen Dómini.

Excellus super omnes gentes Dóminus, * & super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster : * qui in altis hábitat & humília respicit in cœlo & in terra?

Súscitans à terra ínopem, * & de stercore érigens páuperem.

Ut collocet eum cum principib⁹, * cum principib⁹ populi sui.

Qui habitare facit stérilem in domo : * matrem filiorum létantem. Glória Patri &c.

Chorus simul nemine imponente, cantat.

v. Præci-pi-ta-bit mor-tem in
sempiter-num, & op-probrium
populi su-i au-feret de u-ni-
ver-sa ter-ra. * Mors.

Cum Processio pervenit in Baptisterium, Celebrans benedit incensum, deindè sextuplici ductu incensat fontes, eos circumeundo, & redditio Thuribulo, non incensatur sed stans in medio altaris, cantato à pueris versiculo, dicit Collectam.

v. Salvavit sibi déxtera ejus.

Ex. Et bráchium sanctum ejus!

Oremus.

Deus, qui ad æternam vitam in Christi resurrectione nos reparas, imple pietatis tuæ ineffabile Sacramentum: ut, cum in maiestate sua salvator noster advenerit, quos fecisti Baptismo regenerari, facias beatâ immortalitate vestiri; per eundem christum Dóminum nostrum.

Amen.

*Exindè proceditur ad Capellam Sancti Josephi.
Eundo cantatur, duobus cantoribus imponentibus.*

*Rep. de
3. in a.*

Q

Uicunque baptiza-

su-mus in Christo Je-su, in mor-


te ip-si us baptiza-ti su-mus:

* Consepulti e-nim su-mus cum

il-lo per baptis-mum in mortem;

ut quo-modo Christus surre-xit à

mor-tu-is per glo-ri-am [pa-



Statim alter cantor inchoat Psalmum



domus Jacob de populo barbaro.

Facta est iudæa sanctificatio ejus, * Israël potestas ejus.

Mare vedit & fugit, * jordanis conversus est retrorsum.

Montes exultaverunt ut arietes, * & colles sicut agni óvium.

Quid est tibi mare, quod fugisti; * & tu jordanis, quia conversus es retrorsum?

Montes exultasti sicut arietes: * & colles sicut agni óvium.

A facie Dómini mota est terra, * à facie Dei Jacob.

Qui convertit petram in stagna aquarum * & rupem in fontes aquarum.

Non nobis, Dómine, non nobis, sed nōmini tuo da gloriā super misericordia tua & veritate tua.

Nequando dicant gentes, * ubi est Deus eorum?

Deus autem noster in cœlo , * ómnia quæcūmque vóluit , fecit.

Simuláchra géntium argéntum & aurum ; * ópera mánuum hóminum.

Os habent , & non loquéntur : * óculos habent , & non vidébunt.

Aures habent , & non áudient : * nares habent , & non odorábunt.

Manus habent , & non palpábunt , pedes habent & non ambulábunt : * non clamábunt in gúttu-re suo.

Similes illis fiant qui faciunt ea , * & omnes qui confidunt in eis.

Domus Israël sperávit in Dómino , * adjútor eórum , & protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino : * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum speravérunt in Dómino , adjútor eórum , & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri , * & benedixit nobis.

Benedixit dómui Israël : * benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus qui timent Dóminum : * pusíllis cum majóribus.

Adjiciat Dóminus super vos , * super vos & super filios vestros.

Benedicti vos à Dómino , qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Dómino ; * terram autem dedit filiis hominum.

Non mórtui laudábunt te Dómine , * neque omnes qui descéndunt in infénum.

Sed nos qui vivimus , benedicimus Dómino , * ex hoc nunc , & usque in séculum.

Glória patri.

Chorus simul nemine imponente.

¶. Do-mi-nus scidit a-quas an-te

ced os, ut fa-que-ret si-bi no-

men sempi-ter num i-pe-duxit e-os

per a-bis-sos.* Consepul-ii e-nim.

*Cum Processio pervenit ad locum stationis,
Celebrans et incensat altare, nec incensatur.*

¶. Auditam facite vocem laudis ejus

¶. Qui posuit animam meam ad vitam.

Oremus.

Deus, qui resurrectionis tute fidem per bap-
tismi gratiam in nobis obsignare voluisti;
concede, ut à peccati morte liberati, in novitate
vitæ ambulēmus; qui vivis & regnas Deus.

R. Amen.

*Tum proceditur in navim, cantando sequens
responsorium impositum à duobus Cantoribus.*

de 7.

ton.

O

Uid quæ ri-tis

vi-ventem cum mor-tu-is? non est

hic sed sur- re- xit: * Re-cor-
 da- mi-ni qua- li-ter lo-
 cu-tus est vo- bis di- cens,
 qui-a o-por- tet fi- li-um ho-mi-
 nis tra- di in manus pec- ca-to-
 rum, & cru-ci- fi- gi,
 & di- e ter-ti-a re- sur- gere,
 al- le- lu- ia, al- le-
 lu- ia.

Ante Crucifixum sex in cappis stantes, omni-
 bus de Clero, dum cantatur hæc verba Adorate
 Dominum, conversis ad Crucifixum.
 Mihi

V. A-do- ra- te Do- minum in
a- tri-o sancto e- jus,
commovea- tur à fa- cie e-
jus u-ni- ver-sa ter-ra: di- ci-
te in gen- ti-bus quia Dominus
regna- vit à li- gno.

Tum Clerus ingreditur Chorum cantans:

* Re-corda- mi-ni.

V. Lápidem quem reprobáverunt ædificantes.
B. Hic factus est in caput ánguli.

Oremus.

Deus, cuius filius pro nobis Crucifixus mun-
dum redimere dignatus est: præsta, ut qui
de nostra redemptione létamur, æternis gaudiis,
te donante perfruamur; per eundem Dóminum.

FERIA SECUNDA IN ALBIS.

Post vesperas fit Processio ad baptisterium. In ea, omnia cantantur & observantur quæ suprà in die Paschæ notantur; exceptis orationibus: qui ordo servatur usque ad Feriam sequentem inclusivè.

IN BAPTISTERIO.

Oremus.

DEUS, qui renatis ex aqua & Spiritu sancto cœlestis regni pandis intróitum; auge super famulos tuos grátiam quam dedisti: ut qui ab ómnibus sunt purgati peccatis, nullis priventur promissis; per christum.

AD STATIONEM.

Oremus.

POpulus tuus; quæsumus Dómine, renovátis exultet ánimæ virtutibus, & vivificatiónis tuae grátiam consecutus, in tuo semper múnere glórietur; per christum.

IN CHORO:

Oremus.

DEUS; qui pópulum tuum de hostis cállidi servitute liberasti; preces ejus misericórditer respice, & adversantes ei tuâ virtute prosterne; per eundem Dóminum.

FERIA TERTIA IN ALBIS.
IN BAPTISTERIO.

Oremus.

D Eus, per quem nobis, & redemptio venit;
& præstatur adœptio; respice in ópera mi-
sericordiæ tuæ; ut in Christo renatis, & æterna
tribuatur hereditas, & vera libertas; per eundem
christum.

A D S T A T I O N E M.

Oremus.

F AC, quæsumus omnipotens Deus, ut, qui
Paschalibus remediis innovati similitudinem
terreni parentis evasimus, ad formam cœlestis
transferamur auctoris; qui tecum vivit & regnat
Deus.

I N C H O R O.

Oremus.

D EUS, qui nos in Cruce passus, pretio magno
rédimere voluisti, infunde nobis virtutem
auxilii tui: ut nostra te semper vita glóris facet: qui
vivis & regnas cum Deo patre.

FERIA QUARTA IN ALBIS.
IN BAPTISTERIO

Oremus.

Deus, qui multiplicas Ecclesiam tuam sōbole
renaſcentium; fac eam gaudēre propitiū de
ſuōrum proſectibus filiorum; per christum.

AD STATIONEM.

Oremus.

Deus, qui per Paschale mysterium docuisti
vos vetustatem vitæ relinquere, & in no-
vitate ſpiritus ambulare: præsta, ut sacramentis
tuis innovati, dona gratiæ tuæ fervemus; per
christum.

IN CHORO.

Oremus.

Tuā nos, quæſumus Dómine, pietate custodi,
ut, qui unigeniti tui paſſiōne ſunt redempti,
eiusdem reſurrec̄tiōnis & gloriæ efficiantur par-
ticipes; per eundem Dóminum.

FERIA QUINTA IN ALBIS.

IN BAPTISTERIO.

Oremus.

Præsta quæſumus, omnipotens Deus, ut Eccle-
ſia tuā, & ſuōrum firmitatē membrorum,

(184)

Ex novâ semper fœcunditate latetur ; per christum

AD STATIONEM.

Oremus. AL VI

LArgire famulis tuis, Dómine, gratiam tuam :
& præsta, qui ad imaginem filii tui divino
sunt Baptismo regenerati, à regni tui potentia
numquam divellantur ; per eundem christum.

IN CHORO.

Oremus.

Doce Eus, qui nobis ad celebrandum Paschale
sacramentum liberiôres animos præstisti ,
nos, & odisse quibus offenderis , & amare
quæ præcipis ; per Dóminum.

FERIA SEXTA IN ALBIS.

IN BAPTISTERIO.

Oremus.

DEUS, qui credentes in te, fonte Baptismatis
innovasti : hanc renatis in Christo concéde
custódiam ; ut nullo erroris incursu, gratiam tuę
benedictionis amittant ; per eundem christum.

AD STATIONEM.

Oremus.

REpelle, Dómine, conscriptum peccati lege
chiographum , quod in nobis Paschali
mysterio per resurrectionem filii tui delevisti ;
qui tecum vivit & regnat Deus.

IN CHORO:

Oremus.

Deus, qui ad æternam vitam in Christi resurrectione nos reparas; erige nos ad conscientem in dextera tua nostræ salutis auctorem: ut qui propter nos judicandus advénit, pro nobis judicaturus advéniat Jesus Christus filius tuus Dóminus noster; qui tecum vivit & regnat in unitate spíritus sancti Deus, per ómnia sécula séculorum.
R. Amen.



DIE PRIMA NOVEMBRI.

IN FESTO

OMNIUM SANCTORUM.

AD PROCESSIONEM.

Post Vesperas, cantato à pueris Benedicamus Dómino, fit Processio circa Altaria cantando R. Inebriabuntur, infrà.

*Imposito à cantoribus R. antequam exeat Cle-
rus è choro, Celebrans thurificat majus Altare,
illudque osculatur. Dùm autem proceditur per
circuitum Ecclesiæ, idem reliqua Altaria trino dic-
tu Thurificat.*

Rep.
de 6.

I N-e-bri-a-bun- tur

ab u-berta- te Do- mûs tu-
 x, Do- mine, * Et torren-
 te vo-lupta- tis tu-
 x po-ta- bis e- os,
 † Quo-niam a-pud te est fons
 vi- ta. ψ. A- gnus
 qui in me-di-o thro-ni est, re-
 get il- los, & dedu- cet e- os
 ad vita fon- tes; * Et torren-
 te &c. Gle- ri-a

pa- tri, & fi- li-o, & spi- ri- tu-
i sanc- to. † Quo-ni-am.

*Si hoc responsorium non sufficiat, cantabitur
alternativam ab organo & choro.*

Hymnus.
de 6.

H Ymnis dum re-sonat

cu- ri-a cœ- li- tum Hic flemus pa-tri-
is fi- ni-bus e- xu-les: Hic suspensa
tenemus mutis cantibus or-gana.

Quando mens mi-se-ro Li- bera car-
cere Se vestris so- ci-am cœ- ti-bus in-
seret, & ca-li-gi-ne pulsa, Cœli lucem

ha-bitā- bi-mus?
 Obscuræ fu- gi- ent mentis i- ma-gines,
 Cum stantes propi-us nu- minis ad- ju-bar,
 Nos verum si-ne nube ipso in fonte vi-
 de-bi-mus.

Nobis sancta cohors, sis bona flu- ctibus
 Luctantes me-di-is quos modo respi-cis,
 Da portus duce christo, da contingere
 prosperos.

A quo cuncta fluunt, ma-xima laus patri:



*Proces-sione in chorūm rever-sa, & ab-soluto ref-
pon-sorio, vel Hymno, cantatur à pueris.*

v. Lætāmini justi in Dómino:

v. Et confitemini memoriæ sanctificatiōnis ejus.

Oremus.

OMNIA Sanctorum tuorum, quæsumus Dó-
mine, intercessióne placátus, da famulis
tuis, ut in quórum sunt celebritáte devótí, in
eórum æterna sorte participes; per Dóminum.
Dóminus vobiscum.

*Tum cantato à cantoribus Benedicamus Dó-
mino dicuntur vesperæ Defunctorum.*

DIE II.
IN COMMEMORATIONE
OMNIUM FIDELIUM
DEFUNCTORUM.

*Fit Processio, & Celebrans aspergit tumulos
Defunctorum.*

R. Libera me &c. ut suprà page 38.

Processione in chorum ingressâ, finito R. Cantor intonat Psalmum De profundis recto tono, deprimendo à fa in re, & in fine additur requiem aeternam.

Cantor
cantat.

K

Y-ri-e e-le-i-son, Chri-

ste e- le-i- son, Ky-ri-e e- le- i-
son.

Celebrans stans dicit Pater noster secretò.

Altâ voce:

R. Et ne nos indúcas in tentaciónem;

R. Sed libera nos à malo.

R. In memória aeterna erunt justi:

R. Ab auditíone mala non timébunt.

- V. A portâ inferi
 Rx. Erue, Dómine, ánimas eórum:
 V. Credo vidére bona Dómini
 Rx. In terra vivéntium.
 V. Requiescant in pace.
 Rx. Amen.
 V. Dómine exaudi, orationem meam;
 Rx. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dóminus vobiscum
 Rx. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, cui numquam sine spe misericordiæ supplicatur; propitiare animabus famulorum familiarumque tuarum, quorum corpora hic, & ubique requiescunt: ut qui de hac vita in tui nominis confessione defecerunt, Sanctorum tuorum numero facias aggregari; Per Christum Dóminum nostrum.

Rx. Amen.

LITANIÆ SANCTORUM.

Ky-ri-e e-le-i-son. *Chorus repetit.*

Y- ri-e e- le-i-son.

Ky-ri-e e-le-i-son. *Chorus repetit Christe eleison.*

Chorus repetit Christe eleison.

Ky-ri-e e-le-i-son. *Chorus repetit Kyrie.*

Ky- ri-e e- le-i-son.

Chorus rep. Christe

Christe, au-di nos.

Chorus rep. Christe.

Christe, exau-di nos.

Pa-ter de cœlis De-us, misere-re-re

nobis.

Fili Redémpтор mundi Deus, miserére nobis.

Spiritus Sancte Deus, miserére nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, miserére nobis.

Sancta Mari-a, ora pro nobis.

Sancta Dei génitrix, ora pro nobis.

Sancta Virgo vírginum, ora.

Sancte Míchael, ora.

Sancte Gábriel, ora.

Sancte Ráphael, ora.

Omnes Sancti Ange-li & Archangeli,

o-ra-te pro nobis.

Omnes sancti beatórum Spirítuum órdines, orate.

Sancte Joannes baptista, ora.

Omnes sancti Patriárchæ & Prophétæ, orate.

Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.


Sancte

Sancte Andréa,	ALANE	ora.
Sancte Jacóbe,	ALBINE	ora.
Sancte Joannes,	ALBIN	ora.
Sancte Thoma,	Alvérif	ora.
Sancte Jacóbe,	Geffroy	ora.
Sancte Philippe,	Ampouy	ora.
Sancte Bartholomæ,	Auguillier	ora.
Sancte Matthæe,	Héronnac	ora.
Sancte Simon,	Hilier	ora.
Sancte Thadæe,	Martin	ora.
Sancte Matthia,	Cugier	ora.
Sancte Barnaba	Remy	ora.
Sancte Luca,	Nicolas	ora.
Sancte Marce,	Malo	ora.
Omnes sancti Apóstoli, & Evangelistæ,	orate.	
Omnes sancti Discípuli Dómini,	orate.	
Omnes sancti Innocéntes,	orate.	
Sancte Stéphane,	Ora.	
Sancte Clémens,	Ora.	
Sancte Laurénti,	Ora.	
Sancte Vincénti,	Ora.	
Sancte Eutrópi,	Ora.	
Sancte Eutropi,	Ora.	
Sancti Fabiáne & Sebastiáne,	orate.	
Sancti Fabiáne & Sebastiáne,	orate.	
Sancte Irenæe cum sōciis tuis,	Ora.	
Sancte Dionysi cum sōciis tuis,	Ora.	
Sancti Agóarde & Agliberte,	orate.	
Sancti Cosma & Damiáne,	orate.	
Sancti Gervási & Protási,	orate.	
Sancte Præjecte,	Ora.	
Sancte Justine,	Ora.	
Sancte Lucáne,	Ora.	
Sancte Victor,	Ora.	
Sancte Maurici cum sōciis tuis;	Ora.	
Omnes sancti Martyres,	orate.	

Sancte ALANE,	ora.
Sancte ALANE,	ora.
Sancte ALBINE,	ora.
Sancte ALBINE,	ora.
Sancte Sylvester,	ora.
Sancte Gregori,	ora.
Sancte Ambrosi,	ora.
Sancte Augustine,	ora.
Sancte Hieronyme,	ora.
Sancte Hilari,	ora.
Sancte Martine,	ora.
Sancte Cesarri,	ora.
Sancte Remigi,	ora.
Sancte Nicolae,	ora.
Sancte Marcelli,	ora.
Sancte Germáne,	ora.
Sancte Landérice,	ora.
Sancte Ceraune,	ora.
Sancte Gendulfe,	ora.
Sancte Exúperi,	ora.
Sancte Maglóri,	ora.
Sancte Eligii,	ora.
Omnes sancti Pontifices & Confessores,	orate.
Omnes sancti Doctores,	orate.
Sancte Antóni,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Maure,	ora.
Sancte Maturine,	ora.
Sancte Mederice,	ora.
Sancte Leufrede,	ora.
Sancte Severine,	ora.
Sancte Clodóalde,	ora.
Sancte Droctóvee,	ora.
Sancte Fiácri,	ora.
Sancte Bernarde,	ora.
Sancte Dominice,	ora.

Sancte Francisce;	ora.
Sancte Ludovice,	ora.
Sancte Roche,	ora.
Sancte Roche,	ora.
Omnes sancti Sacerdotes & Levitæ;	orate.
Omnes sancti Mönachi & Eremitæ,	orate.
Sancta Anna,	ora.
Sancta María Magdaléne,	ora.
Sancta Thécla,	ora.
Sanctæ Perpetua & Felicitas;	orate.
Sancta Agátha,	ora.
Sancta Lúcia,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Cæcilia,	ora.
Sancta Cathárina;	ora.
Sancta Anastasia,	ora.
Sancta Genovéfa,	ora.
Sancta Auréa,	ora.
Sancta Oppòrtuna;	ora.
Sancta Clótildis,	ora.
Sancta Batíldis,	ora.
Sancta María Ægyptia;	ora.
Omnes sanctæ Virgines & viduæ;	orate.
Omnes sancti & sanctæ Dei, Intercedite pro.	


Propri- ti- us es- to, parce nobis




Domine.

Propítius esto;	Exaudi nos, Dómine.
Ab omni malo,	líbera.
Ab omni peccato;	líbera.
Ab iratua,	líbera.
A subitánea & improvísa morte;	líbera.


Ab insidiis diaboli, libera.
 Ab immundis cogitationibus, libera.
 Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, lib.
 A fulgure & tempestate, libera.
 A fulgure & tempestate, libera.
 A morte perpetua, libera.
 Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ, libera.
 Per adventum tuum, libera.
 Per nativitatem tuam, libera.
 Per baptis̄mum & sanctum jejūnium tuum, lib.
 Per crucem & passionem tuam, libera.
 Per mortem & sepulturam tuam, libera.
 Per sanctam resurrectionem tuam, libera.
 Per admirabilem Ascensionem tuam, libera.
 Per adventum spiritus sancti paracliti, libera.
 In die iudicii, libera.



Pec- ca-to- res, te rogamus audi nos.



Ut ad veram pœnitentiam perducere



digne- ris, te rogamus audi nos.

Ut remissionem peccatorum nostrorum nobis dones, te rogamus.

Ut compunctionem cordis fontemque lacrymarum nobis dones, te rogamus.


Ut fidem, spem & caritatem nobis dones, te rog.

Ut Ecclésiam tuam sanctam régere & conservare digneris, te rogamus.

Ut dominum Apostolicum, & omnes gradus Ecclésiae in sancta religione conservare digneris, te

Ut Antistitem nostrum, & omnes congregatiōnes illi commissas in tuo sancto obsequio conservare digneris, te rogamus.

Ut regem nostrum custodire dignérис, te rogámus.
 Ut inimicos sancte Ecclesiæ humiliare dignérис, te
 Ut régibus & principibus Christiánis pacem &
 veram concordiam donáre dignérис, te rogámus.
 Ut cuncto pôpulo Christiâno pacem & unitat m
 largíri dignérис, te rogamus.
 Ut nos metipso in tuo sancto servitio confortare
 & conservare dignérис, te rogamus.
 Ut mentes nostras ad cœlestia desideria érigas, te
 Ut omnibus benefactóribus nostris sempit rna
 bona retribuas, te rogamus.
 Ut ánimas nostras, fratrum, propinquorum &
 bene factórum nostrorum ab æt ra damnatione
 eripias, te rogamus.
 Ut fructus terræ dare & conservare digneris, te.
 Ut fructus terræ dare & conservare digneris, te.
 Ut omnibus fidélibus defunctis réquiem æternam
 donare digneris, te rogamus.
 Ut nos exaudire digneris, te rogamus.
 Fili Dei, te rogamus.




A- gnus Dei, qui tollis peccata mun-



di parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi
nos Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,



Misere-re no-bis.

F I N I S.

INDEX PROCESSIONUM.

<i>Processio sancti Albini,</i>	<i>pagina 3.</i>
<i>Processio sancti Marci,</i>	p. 11.
<i>Processiones Rogationum,</i>	p. 26, 43, 53.
<i>Processio Ascensionis Domini,</i>	p. 68.
<i>Processio ad Capellam pænitentium cœrul.</i>	p. 74.
<i>Die IIII Maii ad processionem,</i>	p. 78.
<i>Protectio B. Mariæ V.</i>	p. 84.
<i>Processio Pentecostes,</i>	p. 98.
<i>Processio Corporis Christi.</i>	p. 104.
<i>Prima die Julii ad processionem.</i>	p. 128.
<i>In nativitate sancti Joannis Baptiste,</i>	p. 130.
<i>Die XXV. Junii ad processionem, ut in die primæ Martii,</i>	p. 3.
<i>Die XV. Augusti ad processionem,</i>	p. 136.
<i>Die XVI. Ad processionem,</i>	p. 141.
<i>Pro gratiis Deo agendis ad processionem,</i>	p. 149.
<i>Dominica in Palmis ad processionem;</i>	p. 157.
<i>In die sancto Paschæ,</i>	p. 172.
<i>Die prima Novemboris</i>	p. 185.
<i>Litanie Sanctorum,</i>	p. 191.



